

Casa 44
Gab. 31
Est. 30
Tab.
N.º

H
D
18
18

Sala 26
Gab. 10
Est. 5
Tab.
N.º

17-17-12 =

CHARACTERIS
EGAS,
SUSTINUIT
CITTATI
D'APPENNUS.
ARCHIBISHOPOS.

H
D
18
18

D.D. EMMANUELIS
ALVAREZ PEGAS,
JURISCONSULTI LUSITANI
TRACTATUS
DE COMPETENTIJS,
INTER ARCHIEPISCOPOS, &c.

СКЛЮЧАНИЕ СО
СЛАВЯНОВИА
ИМАТИШИЩИЯ СОСУДЫ
СУТАКОВЫХ
СТИПАТИМОВ
и АРГЕНСКАГО

D. D. EMMANUELIS
ALVAREZ PEGAS,
JURISCONSULTI LUSITANI,
IN SUPPLICATIONIS SENATU CAUSARUM

Patroni , & Mitræ Archiepiscopalis tam Ulyssiponensis
guàm Bracharensis Procuratoris , ac etiam Sanctæ
Bullæ Cruciatæ Promotoris.

**TRACTATUS
DE COMPETENTIJS
INTER ARCHIEPISCOPOS,**

EPISCOPOSVE , ET NUNTIUM APOSTOLI.
cum cum potestate Legati á latere; & de eorum potestate.

DEFORO ETIAM EXEMPTORUM,
Et ubi conveniri debeant.

EDITIO ALTERA ; CUI ACCREDIT EJUSDEM AUTHORIS OPUSCULUM DE
Simultanea libera , aut turnaria Beneficiorum provisione , Sede Papali vacante.


EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO PRINCIPI

JOANNI DA MOTTA,
S. R. E. CARDINALI.

SUMPTIBUS LAURENTIJ MORGANTI
Bibliotacij Illustrissimi , ac Reverendissimi

D.D. THOMÆ DE ALMEIDA

PATRIARCHÆ I. ULYSSIPONENSIS



ULYSSIPONE OCCIDENTALI,
Ex Typographia ANTONIJ PEDROZO GALRAM.

Cum facultate Superiorum , & Regali Privilegio. Anno M. DCC. XXVIII.



С. Д. Е. М. А. Н. У. Е. Л. И.
ALVARA PEGAS
IURISCONSULTI LIGISTANI
IN SUPPLICATIONIS SENATU CAUSARUM
P. mons. M. archiepiscopis cum U. legibus
G. episcopis Procuratis, ac ecclesiis S. uigilis
B. annis C. crucibus Promotoris.


С. Д. Е. М. А. Н. У. Е. Л. И.
ALVARA PEGAS
DE COMPETENTIA
ARCHIPIERIS PROS
PROCOSAL, MUNIMENTA, PROSTO
cum quodcumque legibus quod est in portu
de loco et causa sua
de iustitia et iusta causa.

С. Д. Е. М. А. Н. У. Е. Л. И.
ALVARA PEGAS
G. episcopis crucibus Promotoris
G. episcopis crucibus Promotoris
G. episcopis crucibus Promotoris
G. episcopis crucibus Promotoris

С. Д. Е. М. А. Н. У. Е. Л. И.
ALVARA PEGAS

С. Д. Е. М. А. Н. У. Е. Л. И.
ULTISIPONE OCCIDENTALI
G. episcopis crucibus Promotoris
G. episcopis crucibus Promotoris
G. episcopis crucibus Promotoris
G. episcopis crucibus Promotoris

TRINITY LIBRARY
AGREEMENT





EMINENTISSIME, AC REVERENDISSIME PRINCEPS.

CONTINUING



OVAM proditurus in lucem Tomus
ille de Competentij, quem Gallicis
olim typis supposuit Celeberrimus Furis consultus Emmanuel
Alvarez Pegas Eminentiam Tuam sponte quærit; tum ut

'Lectorem se dignum tandem aliquando inveniat ; tam ut Au-
thori suo novus a magnitudine Tua honos , ac decus accedat , ita ,
ut mihi omnino liberum pœne non fuerit librum ad Te ultrò
convolantem Eminentiae Tuæ sacrare . Spero autem Princeps
Eminentissime , ut qualemque hoc obsequium meum eâ , qua
præditus es humanitate , complectaris . Nec velim dubites , a-
moris , & observantiæ erga Te meæ signa quam maxima , quo-
ties sese tulerit occasio , exhibitus um me esse . In id siquidem me ,
vel nolentem compelleret præter alia bene multa , beneficium il-
lud , quod ab Eminentia Tua recens accepi , veniam nimirum ,
ac facultatem Effigiei , Nominisque tui præclarissimi in fron-
te hujus Operis Sculpendi ; quo certè fiet , ut eruditus iste Au-
thoris , alias jam notissimi Labor ab Doctis omnibus pluris
cæstimetur , si eum Tibi placuisse cognoverint : tam alte omnium
mentibus infixæ est scientiæ Tuæ opinio ! a cuius ego laudibus
calamum abstineo , ut imposito mihi à modestia Tua præcepto fa-
tis faciam , illibenti tamen animo , ac , ut verum fatear , invito
prorsus , & nolente . Porrò illud unum coram omnibus per Te
mihi profiteri liceat , scilicet : fore ut præcellentissimæ virtu-
tes , quibus ornatus es , ut nunc Competentiarum Protectorem ,
ita olim earumdem supremum Te Judicem in Ecclesia constitu-
ant . Id precibus quantis potest maximis a Superis contendere
continenter perget

Eminentiae Tuæ

Humillimus addictissimus famulus
Laurentius Morganti.

AUTHORIS PRÆLOCUTIO.



I quis ex me (AMICE LECTOR) sciscitetur, cur de Competentia, & concursu inter Nuntium Illustrissimum cum potestate Legati à latere, & D. Archiepiscopum, & de eorum jurisdictione, potestate, ac etiam de foro Exemptorum, & jurisdictionis ordinariæ defensione scripserim, videat rationes in elogio deductas & in cap. I. num. I. relatas, & suppetit etiam alia ratio; indefessum scilicet studium ad obediendum factum, cum quo multa vidi, non pauca legi, & examinavi, quæ omnia DD. observant, notant, accuratè conferunt, attentè perpendunt; omnia, inquam, quæ ad mores publicos, & privatos, ad res forenses, ad convivia, fora, funera, vestes, jurisdictionem, potestatem inter Nuntios cum potestate Legati à latere, & Archiepiscopos, Episcoposve pertinent; immò & illa in lucem aliquando pertrahunt, quæ magno emolumento sciri, nec sciri vix sine detimento possunt. Profuit tamen hac nostra ætate 31. anno, post quinquagesimam Dominicam anni hujus 1673. ista illorum diligentia, quæ facem præculit, inussitque Illustrissimo Archiepiscopo Ulyssiponensi desiderium, ac gaudium, diligentiam, ac industriam ad res Ecclesiasticas adferendi; singulásque non cum alijs confusas, & permixtas, sed resolutivè, sigillatiū, ac separatim ex aliorum DD. optimisque, ijsque monumentis, perspicua methodo, & accurata ratione explanandi. Cui studio maxima cum Reipublicæ Christianæ utilitate, & Archiepiscopal, aut Episcopalis jurisdictionis, ac potestatis, & Catholicæ Religionis incremento, ac gloria plerique summa eruditione viri aliquot abhinc annis strenuè, nec infastis avibus incubuerunt. Horum laudabili doctrinâ, exemplo, & Illustrissimi Archiepiscopi, eodemque filio, quamvis rudiori, ista contexere, sed stamine fusori, visa est quotundam (quibus non tanta suppetit, quanta in ejusmodi studio librorum copiâ opus est) commoditas exposcere, ut quicquid argumenti hujusmodi intento in id ingenio delibassem, ac congestum penu irem extemp-

A D L E C T O R E M.

expromptum, unde totum semel, & simul, & in una manu haberent, sub uno oculorum i^ctū.

Sed verò in tanta rerum varietate, quā hujus Operis series est contexta, habet etiam unde percipiat pius Lector non nihil oblectamenti. Varietas ipsa quæstionum delectationis est mater, quam ut natura in rebus elegantia pulchritudine temperavit, sic in libris à quoque scriptore, qui Lectoris animum levare, ac fastidium vitare voluerit, prudenter intermiseri debet. Hac arte attamen (dicam ingenuè) usus non sum; sed Opus ipsum nativā suā texturā interstinctum varijs materialium coloribus, si quæ est in hujusmodi diversitatē gratia, suo ē sinu expromit. Genere quidem sub uno Tractatus hi omnes concurrunt, at specie res differunt, quæ explicantur, & resolvuntur in singulis, suisque modis edifferuntur. Methodus etenim, etsi ut plurimum sit didascalica, variat tamen; interdum est enim polemicus, alicoties parenæticus, quin etiam non uno loco encomiasticus contextus. Doctrina, ac resolutio quoque Operis est multiplex, utpote ex sacræ Scripturæ authoritatibus, Patrum documentis, Conciliorum canonibus, Pontificum decretis, exemplis Sanctorum, piorum Principum Capitularibus, legibus, pragmaticis, selectisque resolutionibus, tam Poetarum, quām utriusque juris, Civilis, Canonici, ac Regni delibata. Quibus (ubi congruere vīsum est) humanioris, ac verioris literaturæ observationes ad rem conferentes pleræque admiscentur; adeo ut hæc, tametsi rudi stilo contexta, ex ipsa tramitis diversitate toti nihilominus opificio aliquantulam concilient gratiam; sed jussu incitatus relinquendo sextum Tomum Commentariorum ad Regni Portugalliae Ordinationes suspensum, ejusmodi exercitationi in hoc tempore tam in die, quām in nocte me applicavi, eo fine ut discerem primū, deinde si qua mihi visa essent utilia, & scitu digna, & breviter resolvenda, alijs in eo studiorum genere non adeo exercitatis indicarem. Cura enim mihi semper fuit ad utilia potius quām ad amœna duci, aut ducere. Quemadmodum enim floribus alij ad odorem, aut aspectum tantum, sed apes ad mellifuum, Medici etiam ad sanitatem utuntur; *apis argumentosæ* (ut verbo Ambrosij uti liceat) partes, Medicique potius salutiferum, quām jucundum consiliuni statui imitari. In materia necessaria hactenus scripsi, in qua Lector non amoënioris eloquentiæ flosculos quæreret, sed solidæ doctrinæ periret meros favos. Hoc Opus in eo argumento versatur, quod etsi fortè non ita rarum, & singulare quispiam arbitrabitur, necessarium tamen, & non inutile abnuere non possit. Rarum siquidem ac singulare ipse ne dixero, super quo prisci harum potestatum tractatores suis opusculis de sacrorum Ministrorum Ecclesiæ, & Præsulum potestate, excellentia, jurisdictione, ac officio, quasi ex condito dissertarunt, ac plerique neoterici etiam nonnulla observarunt; sed alij confusè ac permixtim,

A D I L E C T O R E M.

mixtim , alij sigillatim quidem , sed obiter , & nimis arcte , ac plerique omnes non adæquatè de singulis , sed de quibusdam dumtaxat , parcus que quam par fuisset meminerunt potius quam scripsierunt ex professo . Quamobrem necesse erat rem totam ab ovo (ut aiunt) investigata in accuratiùs exprimere (ut Illustrissimo Domino meo Archiepiscopo vi- sum fuit ;) tractataque ex instituto uno conciliabunt venustatem , si non removendo prorsus , saltem temperando Lectoris tædio non usquequa- que importunam . At forsitan prolixioribus hisce colloquijs , mi benig- ne Lector , nimis te moror ; in cuius tamen gratiam hoc Opus aggressus , levandi te laboris onere , atque fastidio , pleraque hactenus fortè non ita exactè observata , sparsim hoc toto contextu compendij , in defensio- nem jurisdictionis ordinariæ in his controversijs , & similibus annotavi ; minùs explicata dilucidavi , pugnantia conciliavi , expendi etiam non nulla aliquà novitate accuratiùs , quæ attento examine indigebant . Sed quidquid attulerim laboris , aut diligentia , excidisse in quibusdam me à recta linea non dubito . In crimen non idcirco tamen , ut reor , vocandus sum : et si enim improvidè quicquam fortasse dictum alicubi reperire sit , nullibi tamen malignè , nusquam impiè . Si quid peccatum à me , post emendabitur quam monitus fuero improvisi erroris . Non est igitur cur regidiori censurâ mecum agatur , qui paratus sim grato animo meliores aliorum sensus sequi , cùm novero ; atque meos non defendere , sed fa- teri , & eluere lapsus : & si me inscio aliquid hīc , aut alibi elapsum est , quod Catholicæ Fidei , aut Christianæ Religioni aliquatenus adverse- tur , vel ignaro , quod DD. minùs probari contingat , id omne indictum , non scriptum , & sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ censuræ , aut cujusvis melius sententis correctioni subiectum ex debito voveo , & ex animo volo . Psylli absint dumtaxat opto (qui inter Christianos abesse debent) nativæ venena tantùm , si quæ sunt , unico nocendi animo occulere , per- vertere , dispungere , deturpare : Palæstinis similes , qui filio obedientia Isaac invidentes , omnes puteos , quos servi patris ejus Abraham in solarium familiæ foderant , obstruxerunt implentes humo . Sanè quæ ha- ctenus protuli in lucem Opuscula & Commentaria eò spectarunt , ut Ec- clesiæ , Justitiæ , Reipublicæque commodo & ornamento inservirent . At fuerunt (perpauci tamen) meos qui pios conatus nescio quo labore , vel odio acti , tentarunt inter turbare ; piæ , zelosæque meæ intentionis (quâ mihi in Domino proficere , & prodesse proximo semper optavi) obruere nisi sunt puros affectus . Deus , precor , illis ignoscat . Hos non læsi unquam , neque lædam , ut spero : rogatos ac velim , ut cùm Chri- stiani sint , & mortales se esse meminerint , immortales in pectore non nutriant inimicitias , quas abs re conceptas , hactenus apertis indicijs , ex quisitisque occasionibus lubentes , volentes prodiderunt ; adversus quos usque modò , mirantibus plerisque , defendere me nolui , ac etiamnum nolo .

A D L E C T O R E M.

nolo. De prælo ad prælium lacestico mihi tot eorum imp̄etitionibus
haud arduum erat prosilire: verū cum fratribus meis pugnaces ad cruo-
rem manus consertum ire, semper piaculum duxi. Dixisse cqm pacifica
anima mihi sat is fuit: *Lilij matris meæ pugnaverunt contra me; ego vero*
cum mihi molesti essent, intendebam silentio, patienter expectans, si for-
tè Deus aliquando humilitatem meam respiceret; ipsique tandem qui-
escerent, mecumque sic vici christiano more, & amore manus junge-
rent, cum virenti pacis ac charitatis oliva, quam ijs sincera mente offero.
Faxit Deus, quæramus omnes quæ ad pacem sunt Hierosalem, nec cui-
piam demus aliquam offendionem, ne vituperetur ministerium nostrum,
ad cujus honorem & decorem hos libellos per jussum Illustrissimi Da-
mini Archiepiscopi Ulyssiponensis bona voluntate, & magno gaudio
conscripti.

Vale.

LICEN.



LICENÇA DO SANTO OFFICIO.

PO'de-se tornar a imprimir o livro de que se trata intitulado : *Emmanuelis Alvarez Pegas de Competentijs* ; & depois de impresso tornará para se conferir , & dar licença que corra, sem a qual naõ correrá. Lisboa Occidental 23. de Janeyro de 1728.

Fr. Rodrigo de Lancastre. Cunha. Teyxeyra. Sylva. Cabedo.

LICENÇA DO ORDINARIO.

PO'de-se tornara imprimir o livro intitulado: *Emmanuelis Alvarez Pegas de Competentijs*; & depois de impresso tornará para se conferir , & dar licença, que corra sem a qual naõ correrá. Lisboa Occidental 26. de Janeyro de 1728.

D. Joaõ Arcebispº.

LICENC, A DO PAÇO.

Que se possa tornar a imprimir visto as licenças do Santo Officio, & Ordinario, & depois de impresso tornará à Meza para se conferir, & taxar , & sem isso naõ correrá. Lisboa Occidental 27. de Janeyro de 1728.

Marquez P. Oliveyra. Teyxeyra.

L I C E N C A S.

VIsto estar conforme com o original pôde correr. Lisboa Occidental 17. de Setembro de 1728.

Fr. Rodrigo de Lancastre. Cunha. Teyxeyra. Sylva. Cabedo.

PO'de correr visto estar conforme com o original. Lisboa Occidental 18. de Setembro de 1728.

D. Joaõ Arcebispº.

TAxaõ este livro em 000. reis em papel. Lisboa Occidental 22. de Setembro de 1728.

Marquez P. Oliveyra. Teyxeyra.



PRIVILEGIO.



OM Joaõ por graça de Deos Rey de Portugal, & dos Algarves dàquem, & dalém Mar em Africa, Senhor de Guiné &c. Faço saber, que Lourenço Morganti me representou por sua petição, que elle estava reimprimindo com licença minha, & as mais necessarias o livro intitulado : *Emmanuelis Alvarez Pegas de Comptentijs*, em que estava fazendo consideravel despeza. E porque temia que outrem o reimprimisse, ou que mandasse vir de fóra. Me pedia lhe fizesse mercè conceder privilegio por dez annos para que nenhuma outra pessoa podesse reimprimir o referido livro com as penas que se costumava o coinar aos transgressores do dito privilegio. E visto o que allegou. Hey por bem de conceder ao supplicante o privilegio de que faz menção por tempo de dez annos, para que durante elles nenhum Impressor, Livreyro, nem outra qualquer pessoa possa imprimir, vender, nem mandar vir de fóra do Reyno o livro referido sem licença do supplicante, sob pena de perder todos os volumes que lhe forem achados para o mesmo supplicante, & de pagar sincoenta cruzados ametade para o accuzador, & a outra para minha Camera Real. E mando ás justiças a que pertencer cumpra o, & guardem esta provizaõ como nella se contém, que valerá posto que seu effeyto haja de durar mais de hum anno, sem embargo da Ordenaçao do livro segundo titulo quarenta em contrario. E pagou de novos direytos quinhentos & quarenta reis, que se carregará o Thesoureiro delles a folhas trezentas & sincoenta & quatro do livro duodecimo de sua receyta, & se registrou o conhecimento em forma no livro duodecimo do registo geral a folhas sincoenta & nove verso. El Rey Noso Senhor o mandou por seu especial mandado pelos DD. Antonio Teyxeyra Alvares, & Manoel da Costa Bonicho ambos do seu Concelho, & seus Dezembarcadores do Paço. Joseph da Maya Faria a fez em Lisboa Occidental a vinte & hum de Mayo de mil & setecentos & vinte & oito annos: de feytio desta duzentos reis. Manoel de Castro Guimaraens a fez escrever.

Manoel da Costa Bonicho.

Antonio Teyxeyra Alvares,



S E R I E S

C A P I T U M , E T Q U A E S T I O N U M ,

Quæ in hoc Tractatu continentur.

P A R S P R I M A .

CAP. I. **D**E relatione casus, & causa scribendi.

II. De institutione, & origine Ecclesiærum, Archiepiscopatum, aut Episcopatum Regni Portugalie, & quanti sint? 16

III. De Archiepiscoporum aut Episcoporum in quolibet Archiepiscopatu, aut Episcopatu particulari necessitate. 22

IV. De qualitatibus eorum, qui eligendi sunt ad Archiepiscopi aut Episcopi dignitatem. ibid.

V. Utrum exteri, & non Regni originarij possint ad Archiepiscopatus aut Episcopatus dignitatem eligi, aut nominari? 25

VI. Utrum sanguinis impurus, & descendentes ab Hebrais, Mauris, & Neophytis possint ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus dignitatem eligi, & quomodo sanguinis puritas, vel impuritas probetur. 26

VII. De legitimatione requisita ad Episcopatus munus, & an illegitimi possint eligi ad Archiepiscoporum, aut Episcoporum dignitatem. 30

VIII. Utrum illegitimus possit dispensari ad Archiepiscopatus aut Episcopatus dignitatem, & an dispensatus quoad omnes Ordines, beneficia & Dignitates censeatur dispensatus quoque ad Archiepiscopatum, aut Episcopatum, aut Cardinalatum? 31

IX. Utrum expositus eligi possit in Archiepiscopum aut Episcopum? 33

X. An ignotis natus parentibus, vel de quibus utrum legitimè generaverint dubitatur, in Episcopum promoveri possit. 34

XI. Utrum nobilitas, seu fidalguia requiratur ad hoc ut aliquis ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus dignitatem eligatur; & an ignobilis possit nominari? ibid.

XII. Utrum habens filios, vel nepotes possit ad Episcopatus dignitatem eligi, aut nominari? 35

XIII. Utrum habens concubinam, vel uxorem possit ad Archiepiscopatus aut Episcopatus dignitatem eligi, aut nominari; & quid si infacia uxore promotus, vel nominatus fuerit? 36

XIV. Ære alieno gravatus an possit in Archiepiscopum aut Episcopum eligi, aut in Religionem admitti? ibid.

XV. Utrum criminosi possint in Archiepiscopos, aut Episcopos eligi, aut in Religionem admitti? 37

XVI. Utrum corpore vitiati, infirmi, & infani possint in Archiepiscopos aut Episcopos eligi, aut in Religionem admitti. 38

XVII. Quæ ætas requiratur ad hoc ut aliquis eligatur ad Archiepiscopatus aut Episcopatus dignitatem? ibid.

XVIII. Quo jure Regi ac Principi nostro competit jus patronatus circa electiones ac nominationes Archiepiscopatum, aut Episcopatum sui

Series Capitum.

- Regni, & quomodo à Summo Pontifice concedatur talis dignitas. 39
- XIX. De diligentijs necessarijs ad hoc ut Episcopus obtineat dignitatem, & quomodo fieri debent, & apud quem, & quid in præconizatione? 50
- XX. De juramento fidelitatis, & ad quod præstandum teneatur Archiepiscopus aut Episcopus, & quare & apud quem. ibid.
- XXI. An & quando Archiepiscopus aut Episcopus possit adipisci possessionem virtute literarum Apostolicalium, & quibus requisitis: & an absque Bullæ Confirmatione possit administrare, aut per Regis mandatum, aut ex epistola Cardinalis, in qua dicit literas esse expeditas: & quid quando apprehendit possessionem absque Bullis; & an eam possit obtinere, & apprehendere per procuratorem secularrem, & possit administrare ante consecrationem, & post adeptam possessionem? 51
- XXII. De consecratione Archiepiscoporum aut Episcoporum, & quomodo fieri debeat, & in quo tempore, & quibus requisitis, & c. remonijs. ibid.
- XXIII. De Mitræ Episcopalis antiquitate, & usu. 52
- XXIV. De virga Episcopali, vel pastorali baculo. 53
- XXV. De annu'lo Episcopali. ibid.
- XXVI. De Archiepiscopali, aut Episcopali cruce pectorali, & de ejus gloria, reverentia, & laudibus: & quantum sit ad bene regendum necessaria. 55
- XXVII. De chirothecis Archiepiscoporum, & Episcoporum. 57
- XXVIII. De dalmatica, & tunicella Archiepiscopali, aut Episcopali. ibid.
- XXIX. De sandaljs, & podere, vulgo *Rochete*, Archiepisco orum aut Episcoporum, & quomodo, & quando portare possint. 58
- XXX. De vestibus Episcoporum, & quibus uti possint, & quando. ibid.
- XXXI. De Archiepiscopali pallio, & quid sit, & quando tradendum. 59
- XXXII. De antiquorum more mitten-
di ad Regna Legatos aut Nuntios cum potestate Legati à latere, & quæ debeat legatio continere. ibid.
- XXXIII. Utrum Illustrissimus Nuntius cum potestate Legati à latere creatus habeat potestatem Legati à latere verè, vel non, & de ejus potestate. 63
- XXXIV. De potestate præmissa Archiepiscopo negandi facultatem sibi petitam, ac de nullitate facultatis concessæ ab Illustrissimo Nuntio Apostolico cum potestate Legati à latere ad hoc ut contradicente Archiepiscopo Illustrissimus Episcopus Capellanus Maior extra Parochiam cum Pontificalibus baptizaret. 69
- XXXV. De Fonte baptismali Parochiæ in qua baptizari debent infantes, & non extra, nisi in casu necessitatis: & utrum possit aliquis baptizari in monasterio exempto, ex Nuntij cum potestate Legati à latere facultate, absque consensu Archiepiscopi, aut Episcopi, & contradicente eo? 71
- XXXVI. Utrum Episcopus possit baptizare cum Pontificalibus, aut exercere Pontificalia in monasterio exemptorum, aut in alia Ecclesia, absque licentia Archiepiscopi, aut Episcopi in cuius Diœcesi invenitur, & eo contradicente, cum facultate Nuntij cum potestate Legati à latere ab eo obtenta? 73
- XXXVII. Utrum si ab Archiepiscopo aut Episcopo ad aliquid faciendum aliquis petivit licentiam, & fuerit ab eo negata, tam judicialiter, quam extrajudicialiter, possit supplicans per querelæ viam aut sine illa recurrere ad Nuntium cum potestate Legati à latere, & eam obtinendo exequi, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo. 77
- XXXVIII. Utrum Nuntius Apostolicus cum potestate Legati à latere possit dispensare in Conciliaribus dispositionibus, aut contra jus aut Sacrosanctum Concilium Tridentinum aliquid statuere, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo, qui in illius decreto fundantur. 79
- XXXIX.

Series Capitum.

- XXXIX. Utrum Nuntius Apostolicus cum potestate Legati à latere possit se intromittere in jurisdictione Archiepiscopi , aut Episcopi Ordinarij , aut eam turbare, aut impedire, aut aliquid contra eam statuere, aut cum eo in prima instantia concurrere, an solum in secunda habeat jurisdictionem. 81
- XL. Utrum Nuntius Apostolicus cum potestate Legati à latere possit committere totam suam facultatem aliqui Episcopo , aut clero constituto in dignitate , contradicente Archiepiscopo , aut non? 83
- XLI. Utrum esto quod Nuntius cum potestate Legati à latere potuisset dispensare in Concilij decreto virtute facultatis expressæ , fuisset valida licentia absque causa legitima , & an sufficeret in supplicatione relata , contradicente Archiepiscopo , aut Episcopo. 84
- XLII. Utrum gratia nulla aut subreptitia Illustrissimi Nuntij cum potestate Legati à latere concessa in præjudicium jurisdictionis ordinariæ Archiepiscopi , eo contradicente possit exequi , & observari: & quando subreptio dicatur intervenire , vel non? 85
- XLIII. Utrum de nullitate , aut subreptione gratiæ facta ab Illustrissimo , ac Reverendissimo Nuntio , in præjudicium jurisdictionis Archiepiscopalis , aut Episcopalis apud etim editæ , possit cognoscere Archiepiscopus , aut Episcopus , quando nullitas patet ex ventre rescripti, ita ut ei non obediatur? 86
- XLIV. De præminentia , excellentia , & dignitate Archiepiscopi , aut Episcopi , de honore eis exhibendo , ac de eorum potestate , serendique edicta pastoralia , & puniendi tam per censuras & interdicta , quam per alias pœnas , etiam contradicente Nuntio Apostolico cum potestate Legati à latere , & ejus Reverendo Auditorie? 88
- XLV. De sigilli fide in Pastoralibus , & utrum Archiepiscopus , aut Episcopus possint habere sigillum , etiam
- præsente , & contradicente Nuntio Apostolico cum potestate Legati à latere? 93
- XLVI. De obedientia debitâ Archiepiscopo , aut Episcopo à subditis etiam præsente Nuntio cum potestate Legati à latere , & eo contradicente in materia pertinente ad munus Episcopale , ac etiam de nullitate editi affixi ab Episcopo contra Archiepiscopi Dioecesani edictum pro defensione commissionis obtentæ ab Illustrissimo Nuntio cum potestate Legati à latere. 94
- XLVII. De defensione Pastoralium Illustrissimi Archiepiscopi , & de pœnis excommunicationis ac interdicti in eis promulgatis , ac etiam de speciebus interdicti , neconon excommunicationis , in quibus fundatæ fuere etiam præsente Nuntio Apostolico , & contradicente. 98
- XLVIII. Utrum Regulares , seu Religiosi teneantur observare censuras , aut interdicta ab Archiepiscopo , aut Episcopo lata , & in suis Ecclesijs publicare talia interdicta , aut censuras , contradicente Nuntio Apostolico cum potestate Legati à latere. 108
- XLIX. Utrum Nuntius Apostolicus cum potestate Legati à latere sit Ordinarius exemptorum Regularium , ita ut non obstante pastorali Archiepiscopi , aut Episcopi fundata in Concilij jurisdictione adversus exemptos , eo contradicente possit , aut ejus Reverendus Auditor concurrere cum eis , & exempti Regulares teneantur potius ei obediare quam Archiepiscopis , aut Episcopis? 109
- L. De foro exemptorum , & ubi conveniri debeant , & an possint puniri ab Ordinario , Archiepiscopo , aut Episcopo , etiam contradicente Nuntio , aut ejus Auditore : ad intellectum textus in cap. I. de privileg. in 6. & Concil. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 14. 110
- LI. Utrum Archiepiscopus aut Episcopus possit punire Religiosos exemptos , aut alios turbantes suam jurisdictionem , aut lacerantes ejus edicta,

Series Capitum.

- faciendoque alios actus turbativos, non obstante contradictione Nuntij Apostolici facta ut ab Ordinario exemptorum, & quid in cedulonibus, & lacerantibus edictalia ministrorum Sanctæ Inquisitionis. 121
- LII. Utrum & quando Nuntius Apostolicus cum potestate Legati à latere possit committere causam appellationis interpositæ à decreto, aut edito Archiepiscopi prolatu in materia criminali, aut pœnali, & eam committere suo Reverendo Auditori. 122
- LIII. Utrum Nuntius cum potestate Legati à latere possit suspendere interdictum promulgatum ab Archiepiscopo, aut Episcopo à quo appellatum fuit, & quando habeat talen facultatem vel non. 124
- LIV. Esto quod Illustrissimus Nuntius cum potestate Legati à latere potuisse suspendere interdictum virtute suæ facultatis, aut sine illa positum ab Illustrissimo Archiepiscopo, fuisse validæ commissio, aut suspensio? 125
- LV. Utrum esto quod commissio Illustrissimi Nuntij facta Reverendo Auditori possit procedere contra Archiepiscopum Illustrissimum, possit id fieri per supersessoriam, inhibitoriam, aut suspensionem interdicti, non verificata prius clausula *Constitutio prius de gravamine.* 126
- LVI. Utrum Reverendus Auditor, cui Nuntius cum potestate Legati à latere commisit causam in casu in quo potest, possit ante transportationem actorum jubere supersessoriam, aut inhibitoriam temporalem, usque scilicet ad certum tempus, ut durante eo suspendantur edicta, aut mandata per Archiepiscopum, aut Episcopum, & ille teneatur obediendo executionem suspendere. ibid.
- LVII. De nullitate Edictalis, Decreti, & declarationis Reverendi Auditoris, trans factæ virtute commissionis obtentæ ab Illustrissimo ac Reverendissimo Nuntio cum potestate Legati à latere adversus Pastoralia Illustrissimi Archiepiscopi procedentis ad ultiora. 131
- LVIII. Utrum Reverendus Auditor virtute commissionis Illustrissimi Nuntij cum potestate Legati à latere possit suspendere interdictum ad tempus ante actorum transportationem, quando promulgatum fuit ab Archiepiscopo, aut Episcopo, à quo appellatum fuit. ibid.
- LIX. Utrum Reverendus Auditor virtute commissionis factæ ab Illustrissimo Nuntio cum potestate Legati à latere ante actorum transportationem possit relaxare excommunicationem per edita promulgatam ab Illustrissimo Archiepiscopo, aut Episcopo, à quo appellatum fuit. 134
- LX. Utrum si Nuntius cum potestate Legati à latere contendat cum Archiepiscopo, possit recurri ad Principem, ut cesset competencia inter eos orta. ibid.
- LXI. Utrum Illustrissimus Archiepiscopus recognita ejus jurisdictione possit tollere interdictum ab eo promulgatum in defensionem suæ jurisdictionis, in competentiaque orta inter eum, & Illustrissimum Nuntium cum potestate Legati à latere. 135
- LXII. An & quando sit vitandus clericus, aut Monachi percussor qui notorius dicitur, dum judicialiter denunciatus non est, & qui percussus fuit in defensione competentiae formatæ inter Illustrissimum Nuntium cum potestate Legati à latere, & Illustrissimum Archiepiscopum, & à quo possit absolvī. Impugnantur etiam errores, qui circa hujusmodi questionem in praxi intervenire solent. ibid.
- LXIII. Utrum Regulares exempti cujuscunque ordinis sint, possint administrare sacramentum pœnitentiarum secularibus, absque licentia Archiepiscopi, aut Episcopi Diœcesani, aut etiam prædicare, etiamsi in aliena Diœcesi approbati sint, & possit Archiepiscopus, aut Episcopus procedere contra Regulares, & eos removere à talibus ministerijs, & coercere præceptis, & alijs juris remedij, vel etiam præcipere, ut donec licentiam

Series Capitum.

tiam intra præscriptum tempus exibeant, à tali ministerio se ablineant, & quis ad hoc debeat requiri: & an Archiepiscopus, Episcopusve Regularem semel approbatum sine nova causa suspendere possit ab ipsis licen-

tijs, & an hoc possit prohibere Nuntius cum potestate Legati à latere, aut etiam Legatus à latere, & per viam appellationis cognoscere, contradicente Archiepiscopo, Episcopo: 139

PARS SECUNDA.

CAP.LXIV.



Trum si Legatus à latere, aut Nuntius cum illius potestate, concurrat cum Archiepiscopo, aut Episcopo, eis præcedat, & coram illis debeat thurificari, etiam illis contradictibus: & alia utilia referuntur circa præcedentias Archiepiscoporum, & Episcoporum inter se, & de remedio ad eas consequendas: pag. 141

§. j. Utrum Archiepiscopi præcedant Episcopis: 142

ij. Episcopi inter se quomodo præferantur. 143

iii. De præcedentia Episcopi in Capitulo, & quid si ut Canonicus affiat: ibid.

iv. Utrum Patriarchæ præcedant Archiepiscopis, aut Episcopis 144

v. Utrum Episcopus Doctor præcedat Episcopo non Doctori: ibid.

vi. Utrum Cardinales præcedant Archiepiscopis, aut Episcopis: ibid.

vii. Quando Episcopus concurrevit cum Inquisitore in causa hæresis, quis præcedat: ibid.

viii. Utrum Archiepiscopi, aut Episcopi præcedant Comitibus, aut Marchionibus in consilio Regis, aut Principis, quando ante consecrationem præcedebant Marchiones Archiepiscopis, & Comites Episcopis: ibid.

ix. Utrum in præcedentia præjudicet actus antecessoris successori in dignitate: 146

x. Quod remedium competit pro

præcedentia consequenda, & quo modo defendi debeat ab Archiepiscopo, aut Episcopo. ibid.

LXV. Utrum Archiepiscopus possit ferre crucem intra aut extra Provinciam, contradicente Nuntio cum potestate Legati à latere, aut Legato à latere præsente. 147

LXVI. Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possint concurrere cum Archiepiscopo, aut Episcopo, in collatione, aut provisione beneficiorum, in varijs casibus de quibus hic: & quomodo, & quando pertineat beneficiorum provisio ad Legatum à latere, Nuntiumve cum ejus potestate, aut sine illa, etiam contradicto: Archiepiscopo, aut Episcopo Ordinario. 148

§. unicis. Utrum beneficium resignatum in favorem alicuius vacet in Curia, ubi primùm facta est gratia in forma dignum, an verò jus non abdicetur à resignante, nisi collatione facta resignatario? Ac etiam de publicatione requisita à Gregoriana constitutione. 151

LXVII. Utrum Nuntius, aut Legatus à latere habeat autoritatem in imponendis pensionibus, etiam contradicto: Archiepiscopo, aut Episcopo: & an pensio illa, quam titularis resignans beneficium sibi reservavit, vendi, vel redimi possit absque simoniæ labe? 159

LXVIII. De potestate Archiepiscoporum, Episcoporumve, circa beneficiorum provisionem per alternativas,

Series Capitum.

tivas , & quando sit eis licita sine Legati à latere, aut Nuntij concur-
su , & provisio præbendarum si-
multaneæ collationis cum capitulo , etiam contradicente Legato à
latere , aut Nuntio cum ejus pote-
state ; & an possint conferre talia
beneficia , an solùm pertineat col-
latio ad Papam : & quid in benefi-
cijs reservatis , ac vacantibus in
Curia, & ad quem pertineat eorum
provisio ; agitur etiam de executo-
re , & legitimo contradiclore. 161

LXIX. Utrum annata , aut quindennia
debeantur etiam in unionibus ac
provisionibus factis à Legato à la-
tere , aut Nuntio cum ejus pote-
state , & ab eis possint exigi tam an-
natæ, quam quindennia, etiam con-
tradicente Archiepiscopo , aut
Episcopo , & quid sit annata , aut
quindennium? & utrum ex pensio-
nibus ecclesiasticis debeatur , & an
titularis teneatur ad solutionem, &
quomodo exigi possit , & à qui-
bus? 169

LXX. Utrum si Nuntius, aut collector
deputatus à Papa ad colligendam
decimam , aut quindennia exigen-
da , delinquit in commissione , &
capiat calices , missalia , & alia or-
namenta divinis officijs deputata,
possit ab Archiepiscopo , aut Epis-
copo puniri? 170

LXXI. Utrum & quomodo honorari,
ac recipi debeant Nuntij, ac Legati
à latere ab Archiepiscopis , aut
Episcopis , & in cundo , ac redeun-
do in suis necessitatibus adiuvari,
& cum procurationibus contri-
buere , & procedere adverius con-
traveniente? 171

LXXII. Utrum Nuntius cum pote-
state Legati à latere , aut Legatus à
latere valeat assistere matrimonio,
& assistendi licentiam concedere in
Dioecesi Archiepiscopi, aut Episco-
pi, eis contradictibus , & quis ad
hoc sit Ordinarius respectu talis
concessionis? 172

LXXIII. Utrum Archiepiscopi , aut
Episcopi criminosi citari possint

ab aliquo Judice Ecclesiastico Papa
inferiore, ut compareant coram il-
lo, & an possint deponi , aut ab or-
dine privari per Legatum de late-
re, Nuntium, Patriarcham, absque
Pontificis speciali mandato, & quæ
sint crimina depositionis , aut sus-
pensionis digna ? 173

LXXIV. Utrum Legatus à latere , aut
Nuntius cum ejus poteestate possit
commitere causas appellationis in-
terpositæ expresso nomine ad Sum-
mum Pontificem , & specialiter à
sententia lata ab Archiepiscopo,
aut Episcopo delegato Summi Pon-
tificis , aut ab alio delegato , etiam
Commissario Sanctæ Bullæ Crucia-
tæ , & de praxi commissionis appel-
lationis , & compulsoriæ conce-
dendæ, ac litium reformatione, vul-
go nihil transeat , & quid si plures
sint Judices nominati, & prior mor-
tuus fuerit: & an possit appellatus
petere commissionem, & nominare
& prævenire, & quomodo, & quan-
do? Et quid in appellatione inter-
posita à Religioso , & ad quem de-
beat interponi appellatio, & à quo
peti commissio debeat. 174

LXXV. Utrum si aliquid intenteret
fieri ab Archiepiscopo , aut Epis-
copo , & pars gravata interponat
appellationem , aut Religiosus ex-
emptus recurrat ad Nuntium cum
poteestate Legati à latere , fiatque
itineris arreptio , aut nuntij missio
post intimatam suspensionem Præ-
lato, aut compulsoriæ Archiepiscopo,
aut Episcopo, sit nullum , &
attentatum quidquid postea fa-
ctum fuerit? 183

LXXVI. Utrum si formetur compe-
tentia inter Nuntium Apostoli-
cum cum Archiepiscopo aut Epis-
copo super alicujus cause Clerici
remissione , aut sine illa , possit Or-
dinarius Archiepiscopus aut Epis-
copus causam in prima instantia
remittere ad Nuntium , ut de illa
cognoscat? ibid.

LXXVII. Utrum Nuntius cum pote-
state Legati à latere , aut Legatus à
latere

Series Capitum.

LXXXII. Utrum latere possit se intrömittere in causa Archiepiscopo , aut Episcopo, aut alteri specialiter delegata per Papam : & quomodo , & quando? ibid.

LXXXVIII. Utrum decretum , aut gratia Legati à latere, aut Nuntij cum ejus potestate obliget Archiepiscopum , aut Episcopum illius ignorantem, ad observantiam , & antequam eis ostendatur. 184

LXXIX. Utrum Nuntius Apostolicus cum potestate Legati à latere possit aliquid decernere in præjudicium Archiepiscopi aut Episcopi jurisdictionis, extra appellationis viam, consentientibus partibus , & contradicente Ordinario , & vice versa? 185

LXXX. Utrum Nuntius cum potestate Legati à latere possit ad se avocare causam pendentem apud Archiepiscopum , aut Episcopum in prima instantia , & de ea cognoscere extra appellationis viam , contradicente Ordinario : & quid in Auditore Cameræ? ibid.

LXXXI. Utrum Nuntius cum potestate Legati à latere , aut Legatus à latere possit concedere monitoria in sua Provincia , in casibus ad suam jurisdictionem pertinentibus , etiam contradicente Archiepiscopo , aut Episcopo , & quem effectum producant monitoria per citati comparitionem 186

LXXXII. Utrum Nuntius cum potestate Legati à latere , aut suus Reverendus Auditor in competentia cum Archiepiscopo aut Episcopo, teneatur observare ferias in loco ubi est observatas , an verò secundum Curiæ Romanæ stylum. 187

LXXXIII. Utrum Legatus à latere , aut Nuntius cum ejus potestate possit committere causam cognoscendam summarie , & sine strepitu & figura judicij , & non obstante ordine judiciario , quando est pars Archiepiscopus, Episcopus vè, aut privatus , & eis contradictibus. 188

LXXXIV. Utrum Nuntius cum potestate Legati à latere , aut Cardinalis Legatus a latere possit esse judex competens Clericorum , contradicente Archiepiscopo , aut Episcopo , concurrendo cum Ordinario? ibid.

LXXXV. Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate, Legatus duarum Provinciarum propter connexitatem territoriorum aliqui Regnum possit expedire negotia unius Provinciæ, aut Regni in alia, aut alio , etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo ordinario , & an sua potestas extendatur ad Indias Orientales , & ad alia Regni adiacentia? 189

LXXXVI. Utrum Nuntius cum potestate Legati à latere , aut Legatus à latere possit eximere subditum Archiepiscopi à sua jurisdictione, contradicente Archiepiscopo. ibid.

LXXXVII. Utrum Legatus à latere, seu Nuntius cum ejus potestate, sicut de causis exemptorum potest cognoscere , etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo, posse eos eximere? 190

LXXXVIII. Utrum si Nuntius , aut Collector sint delegati , & delinquent, aut suus Auditor in exigendis immoderatis sportulis , possint puniri ab Archiepiscopo, aut Episcopo Ordinario? ibid.

LXXXIX. Utrum si Summus Pontifex concedat statutum Archiepiscopo, aut Episcopo , possit derogari aut interpretari à Nuntio cum potestate Legati à latere , aut ab ipso Legato , contradicente Archiepisco aut Episcopo , & etiam novum statutum concedere , ita ut observetur ab Archiepiscopo, aut Episcopo post legationem finitam. 191

XC. Utrum si Nuntius Apostolicus interdictum promulget , possit Archiepiscopus aut Episcopus aliqua administrare, & quomodo? ibid.

XCI. Utrum relaxatio juramenti ad effectum agendi , pertineat ad Archiepiscopo?

Series Capitum.

- chiepiscopum, aut Episcopum: an
verò ad Nuntium cum potestate
Legati à latere? ibid.
- XCII.** Utrum Legatus à latere, aut
Nuntius cum ejus potestate habe-
ant autoritatem confirmandi ele-
ctiones Archiepiscorum, Epis-
coporum, & exemptorum Abba-
tum, aut aliorum Prælatorum, quo-
rum confirmatio ad Romanum
Pontificem pertinet: etiam contra-
dicente Archiepiscopo, aut Epis-
copo, & cognoscendi de dubijs
circa illas? ibid.
- XCIII.** Utrum Nuntius Apostolicus
possit exequi literas apostolicas in
prima instantia directas Archiepiscopo,
aut Episcopo Ordinario, si-
ve in forma gratiosa, sive in forma
dignum, seu dispensationes. 193
- XCIV.** Utrum si familiares Legati à
latere, exempti, aut Nuntij delin-
quant in beneficio aut officio, aut
in aliqua materia, possint conveni-
ri, aut puniri ab Archiepiscopo,
aut Episcopo, etiam contradicen-
te Legato à latere, aut Nuntio: &
an gaudeant eorum privilegio?
ibid.
- XCV.** Utrum & quando expiret juris-
dictio Legatorum, aut Nuntio-
rum, ita ut contradicente Archiepiscopo,
aut Episcopo non possit
providere beneficia, nec uti suis
facultatibus? 195
- XCVI.** Utrum si Archiepiscopus, aut
Episcopus, aut Princeps aliquid
donaverit, aut dederit Legato, aut
Nuntio, iste talis, quod ei datum
fuerit, teneatur restituere Papæ, &
quod sibi datum est contemplatio-
ne mittentis, & ad hoc possit obli-
gari ab Archiepiscopo, aut Episco-
po? 196
- XCVII.** Utrum Legatus à latere, aut
Nuntius cum ejus potestate possit
concedere indulgentias in sua Pro-
vincia, etiam contradicente Ar-
chiepiscopo, aut Episcopo, & us-
que ad quod tempus durent? ibid.
- XCVIII.** Utrum Episcopus captus ab
hostibus maneat servus, & ejus ju-
risdictio jure proprio pertineat ad
Archiepiscopum, Capitulumve, an
verò ad Nuntium cum potestate
Legati à latere præsentem, Archie-
piscopo contradicente, & Nuntio
aut Legato à latere affirmante, an
verò ad Pontificiam Maiestatem; &
restituto eo, aut alio capto, aut
cessante bello, quid recuperet, &
de juris postliminij fictione, tam
quoad ipsum, quam ad alios? 197
- §. i. Aliqua jura ex præcedentibus
intelliguntur. 208
- ij. Prosequuntur jurium multorum
explicationes circa eandem mate-
riam. 221
- ijj. De aliorum jurium explicatione
tractatur, & etiam de effectu indul-
gentiæ, & restitutione Principis, &
de deportati successione. 231
- iv. Alia jura circa eandem materiam
explicantur: agitur etiam de pos-
sessione, & peculijs, & quibus ac-
quirantur, & quisnam possit de illis
disponere. 248
- v. De fictione legis Corneliae circa
explicationem §§. antea posito-
rum. 277
- vj. An pupillares tabulae confermen-
tur etiam legis Corneliae fictio-
ne? 282
- XCIX.** Utrum Nuntius cum potesta-
te Legati à latere, aut Legatus à la-
tere habeat potestatem ferendi cen-
furias in Archiepiscopi aut Episco-
pi Diœcesi, eis contradicentibus,
ac etiam facultatem absolvendi ab
illis? 290
- C. Utrum Nuntius cum potestate Le-
gati à latere ad Regem nostrum,
aut Hispaniarum missus possit
etiam in locis legationum per quæ
non transit gratias concedere,
etiam contradicente Archiepisco-
po, aut Episcopo? 291
- CI. Utrum Legatus à latere, aut Nun-
tius possint in sua Provincia quid-
quid Archiepiscopi, Episcopive in
suis Diœcesibus, eis contradicen-
tibus? ibid.
- CII. Utrum Legatus à latere, aut Nun-
tius cum ejus potestate possit au-
ferre

Series Capitum.

- ferre jus unius Ecclesiae , ac separare , alterique concedere in præjudicium Archiepiscopi , aut Episcopi , & eis contradicentibus! 292
- CIII. Utrum Nuntius cum potestate Legati à latere , aut Legatus à latere erigere possit Ecclesias , seu Episcopatus , aut eas dismembrare , contradicente Archiepiscopo , aut Episcopo ? ibid.
- CIV. Utrum si testator condens testamentum , duos hæredes instituit , Archiepiscopum scilicet , & Episcopum , & ab Episcopo certam villam , quam ipse testator in bonis suis habebat , Nuntio legavit , & Episcopus hæreditatem repudiat , & Nuntius ab Archiepiscopo altero cohærede legatum petierit , debeatur , & censeatur repetitum ? 293
- CV. An Nuntius nepos ex fratre teneatur patruo suo Episcopo alimenta præstare , vel è contra : vel frater Nuntius teneatur alere fratrem Episcopum ? 316
- CVI. Utrum Legatus à latere , aut Nuntius eum ejus potestate possint concedere sepulturam in Ecclesia Cathedrali , aut in alia non Cathedrali , contradicente Archiepiscopo aut Episcopo ? 328
- CVII. Utrum Nuntius cum potestate Legati à latere possit concedere exemptionem , contradicente Archiepiscopo , aut Episcopo ? ibid.
- CVIII. Utrum Nuntius cum potestate Legati à latere , aut Legatus à latere possint cum infamibus , aut cum minoribus & illegitimis quibuscunque dispensare quoad Ordines , & beneficia , sicut Papa in universo orbe , & qualiter , contradicente Archiepiscopo , aut Episcopo , aut Capitulo Sede vacante , qui possunt dispensare ; & quando , & quid in alijs varijs dispensationibus ? ibid.
- CIX. Utrum Legatus à latere , aut Nuntius cum ejus potestate possint habere baldachinum , etiam contradicente Archiepiscopo , ita ut in ca-
- su contradictionis possit censuris plesti ? 330
- CX. Utrum Legatus à latere , aut Nuntius cum ejus potestate possint concedere facultates , ut res ecclesiasticae alienentur , aut super illis transfigatur , contradicente Archiepiscopo , aut Episcopo ? ibid.
- CXI. Utrum Legatus à latere , aut Nuntius cum ejus potestate possit dispensare , ut professus in una religione , in alia eligatur in Prælatum Provincialem : aut dispensare cum Religiosis , in quibus Prælatus eorum potest , & illos efficere capaces delegationis ad literas Pontificias exequendas , contradicente Archiepiscopo , aut Episcopo . 331
- CXII. Utrum Nuntius eum potestate Legati à latere , aut Legatus à latere possit in Provincia sibi commissa facere leges , contradicente Archiepiscopo , aut Episcopo ? ibid.
- CXIII. Utrum Legatus à latere , aut Nuntius Apostolicus teneantur ostendere literas suæ legationis , & an eis credatur , quamvis suas literas non ostenderint ad instantiam Principis , Archiepiscopi , aut Episcopi ? 332
- CXIV. Utrum Legatus à latere , aut Nuntius cum ejus potestate possit facere valida acta nulla , aut alterare quæ à jure communi formam habent , & jurisdictionem tribuere non habenti , contradicente Archiepiscopo , aut Episcopo ? ibid.
- CXV. Utrum Legatus à latere , aut Nuntius cum ejus potestate possit approbare confessarios contradicente Archiepiscopo , aut Episcopo ? 333
- CXVI. Utrum si Legatus à latere , aut Nuntius cum ejus potestate committat crimen læsæ maiestatis , aut alius Legatus sæcularis , à Principe apud quem legatione funguntur coerceri , & puniri valeant , ac debant remitti carcerati , aut soluti , instante , aut contradicente Archiepiscopo , aut Episcopo , & quid in suis familiaribus , & de ejus immu-

Series Capitum.

- immunitate, & Palatij? ibid.
- CXVII.** Utrum Legati à latere, aut Nuntij cum ejus potestate possint habere familiam armatam, hoc est officiales armatos ad capiendum, & justitiae executionem, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? ibid.
- CXVIII.** Utrum Legatus à latere, aut Nuntius, aut alij Prælati possint secum dispensare, & quid in Papa, aut Principe, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo. 334
- CXIX.** Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium? ibid.
- CXX.** Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit in sua Provincia creare Magistratus, aut aliquos officiales, & Protonotarios, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo: & quando dicitur nova creatio officij; & quid in suo Episcopatu? ibid.
- CXXI.** Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit augere, aut præfigere numerum monialium, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo, & è contra? 335
- CXXII.** Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit esse conservator Equitum Sancti Joannis Hierosolymitani, vulgo *dos Maltezes*, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? ibid.
- CXXIII.** Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possint instituere Clericum sacercularem in Visitatorem alicujus Religionis regularis; & quid in Religioso alterius professionis? ibid.
- CXXIV.** Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit cogere intrusum ad hoc ut ostendat titulum, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? ibid.
- CXXV.** Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possint irritare, dispensare, & commutare vota Religiosorum, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? ibid.
- cent Archiepiscopo, aut Episcopo? 336
- CXXVI.** Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit in gratijs uti verbo, *fiat*, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? ibid.
- CXXVII.** Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit gesta per suum antecessorem revocare, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? ibid.
- CXXVIII.** Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit concedere fœminis facultatem ingrediendi monasteria virorum, vel mulierum, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? ibid.
- CXXIX.** Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit cognoscere de causa matrimoniali; contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? 337
- CXXX.** Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possint dispensare in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis, legem tantum Canonica prohibitis? ibid.
- CXXXI.** Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit cogere partem coram se personaliter comparere, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? ibid.
- CXXXII.** Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit causam *appellatione remota* committere, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo. 338
- CXXXIII.** Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit dispensare in præcepto Ecclesiastico de confitendo femel in anno, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? ibid.
- CXXXIV.** Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit commutare voluntates defunctorum, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? ibid.
- CXXXV.** Utrum Archiepiscopus, aut Episcopus possit visitare monasteria monialium exemptarum circa clau-

Series Capitum.

clausuram, etiam contradicente Legato à latere, & Nuntio cum ejus potestate, & concedere licentiam mali infirmæ eundi ad balnea? ibid.

CXXXVI. Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit uti clausula, *non obstante*, in legis derogatione, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo: & quid in decreto irritanti, & etiam in motu proprio? 339

CXXXVII. Utrum si Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate deleget alicui causam ante suum decepsum, an cesset commissio eo ipso quod Legatus egrediatur limites Provinciæ animo non revertendi, & delegatus non obstante decepsu possit exercere jurisdictionem contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? ibid.

CXXXVII I. Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate, possit aliqua dispensare contra jus commune; contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? ibid.

CXXXIX. Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit commutare onera imposita in dispensatione, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? 340

CXL. Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit absolvere ab irregularitate, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo. ibid.

CXLI. Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit concedere Paulinas, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? ibid.

CXLII. Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit dispensare in intersticijs, & extra tempora, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? ibid.

CXLIII. Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit confirmare concordiam, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? ibid.

CXLIV. Utrum Legatus à latere, aut

Nuntius cum ejus potestate possit dispensare in homicidio casuali, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? 341

CXLV. Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit dispensare cum male ordinatis ante ætatem, aut sine patrimonio, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? ibid.

CXLVI. Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit dispensare in oculi dextri, aut Canonis defectu, contradicente Archiepiscopo aut Episcopo; & quid in defectu pedis, aut manus, aut alterius membris? ibid.

CXLVII. Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit concedere facultatem ad ossa defuncti transferenda, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo. ibid.

CXLVIII. Utrum Nuntius cum potestate Legati à latere possit dispensare in monacho, aut moniali illegitimis, ad hoc ut sint Prælatus, aut Abbatissa, & ad hoc ut existantur ab officij lectione? 342

CXLIX. Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit concedere facultatem ad hoc ut exeat novitus à monasterio per aliquorum dierum spatium, ad hoc ut exploret suum voluntatem, etiam contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? ibid.

CL. Utrum Nuntius cum potestate Legati à latere possit concedere facultatem, ut puella maior septem annorum possit esse in monasterio? ibid.

CLI. Utrum Nuntius cum potestate Legati à latere possit concedere facultatem, ut monialis possit habere famulam, contradicente Archiepiscopo aut Episcopo: & utrum dispensatio ut duæ moniales unam servam habeant, expiret mortua una illarum, vel famula deficiente possint aliam habere? ibid.

CLII. Utrum Nuntius cum potestate Legati

Series Capitum.

Legati à latere possit dispensare, ut unus frater laicus sit Sacerdos, & ut habeat vestigia, & ut possit esse extra monasterium, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo. 343

CLIII. De facultate Nuntij, & quæ possit exercere vel non, contradicente Archiepiscopo aut Episcopo, ad varios casus ultra relatios. ibid.

CLIV. Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate, aut ejus Auditor possit applicare pœnas pecuniarias impositas propter delictum commissum in partibus ad suum Tribunal, vel pertineant ad Sanctam Bullam Cruciatæ, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo? ibid.

CLV. De incompatibilitate beneficiorum, & utrum Legatus à latere aut Nuntius cum ejus potestate possit dispensare super pluritate illorum, contradicente Archiepiscopo, aut Episcopo. 344

CLVI. Utrum si Nuntius Apostolicus qui de causa cognoscit, recusetur, & recusationem non admittat, nec arbitros eligat, possit recurri ad Archiepiscopum tanquam delegatum Sedis Apostolicæ, ut Nuntium compellat ad arbitros eligendos, vel debeat recurri ad Principem, vel ad appellationis medium, & quid è contra, & quid etiam in suspicione posita Archiepiscopo, aut Episcopo, aut Nuntij auditori, aut judici commissario ab eo nominato? ibid.

CLVII. Utrum si Episcopus concurrat

cum Nuntio aut Legato à latere in faciendis diligentis circa inquisitiones Episcopi electi, præcedat Nuntius, aut Legatus, an Episcopus loci. 345

CLVIII. Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit cognoscere de appellatione interposita à Tribunal Sanctæ Cruciatæ. 346

CLIX. Utrum Legatus à latere, aut Nuntius cum ejus potestate possit se intromittere, aut cognoscere de delicto hæresis, contradicente Archiepiscopo aut Episcopo Inquisitore generali, aut Dominis Inquisitoribus? ibid.

CLX. De visitationis origine, antiquitate, & visitandi obligatione, aut jurisdictione, & an possit Episcopus, tanquam Apostolicæ Sedis delegatus, visitare Ecclesias Hierosolymitanorum, & an teneatur eas visitare per seipsum, vel possit ad eas visitandas visitatores nominare, & quomodo adversus impedites procedere debeat, non obstante Nuntij contradictione; & quid quando Papa nominat visitatorem, vel Nuntius ex ipsius facultate; an talis visitator sit obstatum ad hoc ut visitator Episcopi visitet? ibid.

CLXI. Utrum Archiepiscopi, & Episcopi possint cogi ad hoc ut eorum expensis sepeliatur Nuntius mortuus in legatione, aut in via: & ubi sepeliri debeat; & quid in Legato à latere. 353



D.D. EMMANUELIS
ALVAREZ PEGAS
 IURISCONSULTI LUSITANI
 TRACTATUS
 DE COMPETENTIIS
 INTER ARCHIEPISCOPOS,

Episcopos, & Nuntium Apostolicum cum potestate
 Legati à Latere.

P A R S P R I M A.

C A P U T P R I M U M.

D e r e l a t i o n e c a s u s , & c a u s a s c r i -
b e n d i .

S U M M A R I U M.

1 Relatio casus, & causa scribendi.
 Obedientia est subditorum gloria. Ibid.

2 Laudantur illustrissimi Comites de
 Ericeira.

Laudatur Illustrissimus Episcopus Ca-
 pellanus Maior. Ibid.

Laudatur Illustrissimus Archiepisco-
 pus Ulyssiponensis. Ibid.

3 Laudatur Illustrissimus Nuntius
 Franciscus Ravizza.

Refertur licentiae tenor concessae ab Il-
 lustriſſimo Nuntio ad hoc ut Illustris-
 simus Episcopus Capellanus Maior
 baptizaret cum Pontificalibus filium

Pars I.

Illustrissimi Comitis de Ericeira. Ibid.

4 Refertur diligentia prohibitionis facta
 cum D. Episcopo & Comite.

5 Refertur tenor Edicti circa prohibitio-
 nem Baptismi decretam à D. Archie-
 piscopo.

6 Refertur tenor Edicti Illustrissimi E-
 piscopi Capellani Maioris adversus
 Pastoralem Illustrissimi Archiepisco-
 pi, & n. 7. & 8.

9 Transcribitur Pastorale Illustrissimi
 Archiepiscopi circa inter dictum loca-
 le, & generale ab ingressu Ecclesie.

10 Refertur appellatio interposita ab Il-
 lustriſſimi Archiepiscopi Edicto per
 Illustrissimi Episcopi Capellani Ma-
 ioris procuratorem ad Illustrissimum
 Nuntium, & brevitatis in consequen-
 do rescripto commissionis.

11 Transcribitur tenor supercessorie, com-
 pulsorie, inhibitorie, & commissio-

A

2 Tract. de Competentia inter Archiep. &c.

- nis Reverendi Auditoris Nuntiatur
ræ ad Illustissimum Archiepiscopū,
ut transportarentur acta, & super-
federetur in interdicto per viam rela-
tionis ad reincidentiam per quindecim
dierum spatum, & n. 12.
- 13 Refertur tenor Edicti Illustissimi
Archiepiscopi in contrarium decreti
& affixi.
- 14 Transcribitur tenor alterius edicti pro-
mulgati à Reverendo Auditore con-
tra Pastoralem Illustissimi Domini
Archiepiscopi, fundato in opinione
Salgadi circa stylum reprobatum à
jure.
- 15 Traditur tenor alterius edicti Illus-
tissimi Archiepiscopi adversus de-
claratoriam Reverendi Auditoris, in
quo convincitur, & reprobatur ejus
assertio, & allegatio Salgad.
- 16 Refertur decretum Principis postu-
lantis elevationem interdicti, & re-
cognitio Illustissimi Episcopi Capel-
lani Maioris jurisdictioni Illustissi-
mi Archiepiscopi, propter quod subla-
tum fuit interdictum.
- 17 Refertur tenor edicti per quod subla-
tum fuit interdictum.
- 18 Quare Edicta scripta Lusitano idio-
mate traducta fuere verbis Latinis.

Periculosam descendo in are-
nam; nam inter Illustissimos
viros illustri sum in jurgio:
undique me venerationis
vinculis video ligatum; volo incedere,
sed elabor: ast vi, Baculo Petri enixus,
si verè gressus tendo, nulla subibo peri-
cula; Cælum præstat iter. Præclarissimus
Dominus meus hujus Diœcesis Metro-
politanus optimo jure pro sua ordina-
ria jurisdictione clavium potestatem
spiritualiter ostendit; & cùm hac in cau-
sa suissem tanquam Mitræ, ut sum, Pro-
curator, per juris præcepta, & ejus
mandatum jus suum aliorumque expla-
no: & cùm obedientia sit subditorum
gloria, ut inquit Tacit. lib. 6 Annal. No-
bus obsequi gloria relicta est. Sic jubenti
volens, lubensque parui; nihil enim
mihi jucundius accidere poterat, quàm
grata sic mihi imposita necessitas publi-

ca hac cultus, & observantiae significati-
tione suam Celsitudinem prosequendi;
& solum superest, ut inquit Plin. epist. I.
lib. I. ut nec illum consilij, nec me pœnuteat
obsequij; nec illum de mandato pœni-
teat, nec me de obedientia. Fiducia au-
tem mihi styli, aut ingenij nulla est, sed
ejus benignitas, voluntas, & mandatum
ausus meos provocat, ut in simili pro-
rumpit in hæc verba Symmachus epist.
45. Minerv. Fuit tantæ rei occasio.

A Lusitanæ Regno demirandus sa-
nè oriundus Dominus Aloysius de Me-
neses, Illustris Comes de Ericeira; eum.
que tota Lusitania admiratur, non so-
lum pro præclari sanguinis splendore,
sed etiam quia omnibus naturæ dotibus
cumulatum fatetur; suaque encomia
Rhetore quidem indigebant floribus
Smyrneis exornato, Mantuanis copiis
referto, Castalidumque fororum deco-
re insignito. Quare satius duco eximiæ
laudis ejus cælestia encomio siccis labiis
pertransire, quàm magnitudinem, ro-
bur, ac perspicientiam ejus tenuissimis
meæ oratiunculæ finibus circunscribē-
re, vel quia belli tempore invictissimum
Martem acclamat Lusitania, vel quia
pacis tempore Apollinem reveretur,
Heroum decus, & ornamentum maxi-
mum observat, præsidium invocat, to-
tiusque Patriæ delicias proclamat. Ex
animi sententia uxorem in matrimo-
nium recepit Dominam Ioannam de
Meneses legitimam neptem ex fratre
suo Domino Ferdinando de Meneses, sic
etiam Illustrissimo Comite de Ericeira,
quem nunc meritissimum, ac desidera-
tissimum justitiæ Rectorem Curia no-
stra veneratur: & post annorum lap-
sum, favente Deo, nascitur eis filius pri-
mogenitus, eorum optatis respondens,
succedensque provotis. Curando itaque
de ejus lavamine in sacro Fonte, expe-
ctantes quod fieret non in sua Paro-
chia, immò in Cænobio Monialium Bea-
tæ Mariæ Annunciationis ex Prædica-
torum Ordine, cùm similis functio ex-
ercenda esset cum vestibus Pontificali-
bus per Illustrissimum Dominum Epis-
copum Hiponensem Capellanum Maio-
rem (non tantum pro munere maiorem
dictum,

Pars I. Caput I. 3

dictum, sed pro virtutibus, quibus prædotatus est maximum, pro ingenuato, generosoque sanguine præclarissimum, cuius laudes oratione mea nec attinbam, immò silentio premam, veluti Magnitudinis suæ digniori Rhetorica; ne tamen impolitus peccem, illud hic in mentem venit, & juvat: In magnis voluisse sat est;) & cùm ad effectum reduci minimè posset talis conatus nisi de licentia Illustrissimi Domini Antonij de Mendoza, Dei, & Apostolicæ Sedis gratiâ Metropolitani Archiepiscopi Ulyssiponensis (in quem certatim omnes oculos convertunt orientis sui splendoris irradiationibus oblectati, benignique influxus, quem illi innatum inclitæ profapiæ nobilitas, miræ eruditionis fulgor, virtutis jam conspicuæ gloria affatim persuadent, spe allecti, unde sibi quæque prospera pollicentur, habentem Dionysij fortitudinem, & sapientiam; Marcelli puritatem, pietatem Germani, Serrani vigilantiam, charitatem Landerici, Æneæ doctrinum, peritiam Galonis, Stephani zelum, & Guillelmi, præstantissimorum literarum lumen incomparabilem eruditionem) ad eum prædictus Comes convolavit supplicans. Attamen Illustrissimus Dominus Archiepiscopus justis de causis, singularibusque rationibus nullatenus hoc ei concessit, sicut ei liberum erat, licet promptus esset ad facultatis concessionem, si ipse Episcopus Hiponensis eam petere voluisset.

³ Ex defectu prædictæ facultatis configit Comes ad Illustrissimum Dominum Nuntium Franciscum Ravizzam Archiepiscopum Sidoniensem cum potestate Legati à Latere in hisce Regnis (desiderij nostri virum, ætate præcium, prudentia eximium, animi magnitudine clarum, pietate insignem, religione egregium, fortitudine præstantem, moribus instructum, reparationis propugnaculum, justitiâ illustrem, quo nullus in judicijs ferendis æquior, in pauperibus audiendis clementior, in dissimulandis flagitijs patientior, in puniendis acrior, ad pietatis officia promptior, ad Religionis cultum studiosior,

Pars I.

au omnia optimi Principis Ecclesiastici munia alacrior.) Et cùm ei supplicationem obtulisset ad hoc ut tales gratiam ei concederet, prædictus Dominus eam concessit, ut patet ex licentia expressa per decretum dictæ postulationis insertum: quorum omnium fidelis copia traducta ex Lusitano idiomate sic se habet.
Illustrissime Domine. Dicit Dominus Ludovicus de Menescomes de Ericeira ortum habuisse ejus filium, quem vult in salutari Fonte ablueret; & quia cupiditate flagrat, ut functio hæc baptismalis sit solenniter, & cum Pontificalibus ab Illustrissimo Domino Episcopo Capellano Maiori, cumque ratione temporis hiemalis insipidi, & crudelis accedens ad Parochiam longè distantem emineat periculum, & prope sit monasterium Beatæ Mariæ Annunciationis Monialium Divi Dominici, ubi est Patronus: Postulat Vestiæ Illustrissimæ facultatem celebrandi Baptismum per prædictum Dominum Episcopum Capellanum Maiorem in forma petita, &c Nobilissimo viro oratori ad Sanctam Sedem, & nos uti ejusdem Sedis Apostolicæ Nuntium cum potestate Legati à Latere Cardinalis recurrenti pro consecutione supradictæ gratiæ, quæ alias ab ordinariis Prælatis dicta potestate minimè suffultis (ut profertur) impartita fuit, annuendum esse jure optimo existimamus: quapropter facultates nobis de jure competentes ad effectum desuper narratum Illustrissimo Domino Episcopo Capellano Maiori tenore præsentium pro hac vice tantum tribuimus, & communicamus, itaut ipse etiam nomine nostro, juxta autoritatem quâ fungimur, omnia desuper contenta gerere, ac perficere valeat, sine ullo Eclesiæ, ac jurium Parochialium præjudicio. In quorum, &c. Data hac die 9 Februarij 1673. F. Archiepiscopus Sidoniensis, Nuntius Apostolicus.

Inscio hujus licentiæ prædicto Illustrissimo Domino Archiepiscopo, spreta que repugnantia in ejus concessione, conabatur supradictus Dominus Episcopus Capellanus Maior exercere Pontificalia, & Baptismi Sacramentum administrare in prædicta Ecclesia Monialiū, extra propriam Parochiam, jure notoriè

4 Tract. de Competent. inter Archiep. &c.

reluctante, & constitutione expressè id vetante. Desiderio itaque captus actū impediendi Parochis præceptum interpolauit, ne ei mitterent benedicta olea; & cogitans de oleis servatis in Regia Capella, quibuscum facile prædictus Dominus Episcopus poterat actum perficere, ejusque frustrare mandatum, ad eum Notarium misit cum scheda suo signo seu nomine firmata, ut illius virtute certum facheret prædictum Dominum Episcopum Capellanum Maiorem, ad hoc ut se abstineret à Baptismo cum Pontificalibus conferendo, nisi priùs de ejus expressa licentia constaret, vel de alia ei concessa. Consequenter etiam misit alium Notarium ad Dominum Comitem de Ericeira ad similem diligentiam: & cùm tam apud unum, quām alium nullius momenti, seu pretij fuisse dictæ notificationes, Literam Pastoralem intimavit cum sequenti tenore.

5 *Dominus Antonius de Mendoza, Dei gratiâ, & Sanctæ Sedis Apostolicæ Metropolitanus Archiepiscopus Ulyssiponensis, à Consiliis Status Principis Domini mei, &c. Omnibus quibus hæc nostra Litera Pastorale nota fuerit, seu illius vigorem scienter agnoverit, salutem, & pacem in Jesu Christo Domino nostro, omnium remediū, & salus. Certioramus nobis constare, aliquos esse ex nostris subditis immemores sui officij, & debiti à jure eis impositi, laudabilisque consuetudinis, videlicet liberos expiandi salutari Fonte in Baptisterio suarū Parochiarum. Certiores etiam sumus, quod mutato hoc ordine in odium supradictarum rerum, & dispositionis Constitutionis nostræ, lib. I. tit. 8. §. 2. meditantur de Baptismo pueri recenter orti Comiti de Ericeira perficiendo per Dominum Episcopum Capellanum Maiorem in Ecclesia Annunciationis, cænobium Monialium Divi Dominici, facultate nostra minime ad hoc concessâ, in damnum, & contemptum nostræ jurisdictionis: qua de causa misimus scribendam præsentem Pastoralem, & illius virtute, authoritate ordinaria, quâ in hanc partem utimur, sicuti nobis de jure competit, præcipimus sub excommunicacionis pœna ipso facto incurrenda, neminem*

tam Sæcularem, quam Ecclesiasticum, vel Regularem cujuscunque qualitatis assistere, seu qualiusunque modo authoritate firmare administrationem Sacramenti baptismalis solennis, quod perficere conatur prædictus Dominus Episcopus Capellanus Maior, non data ad hoc in scriptis nostra expressa facultate; quæ gratia nostrum solummodo competit, juxta dispositionem Cœclij Tridentini, sacrorumque Canonicum. Itaque ut nostri subditi vigilantes in hac parte permaneant, eis præcipimus sub eadem pœna excommunicationis maioris ipso facto incurrenda, ut pro vegetatione, & observatione prædictæ Constitutionis dirigant filios suos ad Baptismum in Parochialibus sui territorij, præter nostram licentiam in scriptis expressam Quæ omnia ad unguem servabunt in supradicta forma. Et ut omnibus notum sit, misimus præentes scribere, & post publicationem affixas remanere in locis publicis, & ostijs Ecclesiæ hujus Civitatis, nemque eas avelere audeat sub pœna excommunicationis maioris latæ sententiae. Data Ulyssipone sub nostro signo & sigillo, Februarij die decimo primo, anno millesimo sexcentesimo septuagesimotertio. Dominicus à Misqua Teyxeyra subscripsi. A. Archiepiscopus Ulyssiponensis.

In hunc modum scriptæ hæ literæ 6 fuerunt publicatæ, & affixæ Dominica die decimo secundo ejusdem Februarij; & paulò postmeridiem jussit Dominus Episcopus Capellanus Maior scribere alias literas contrarias, se Iudicem Apostolicum cognominando ex prætextu, & consideratione certæ licentiae illi concessæ per Illustrissimum Dominum Nūtium, cuius contemplatione absorbere, & conterere conabatur aliarum literarum vigorem per Illustrissimum Dominum Archiepiscopum prolatarum; & quod magis est, jussit schedam separatam eodem modo affixam & signatam per fores Ecclesiæ, præceptum insinuantem erga omnes justitiae Officiales, ad hoc ut sua scripta traderent observatiōnē; scripta autem, & literas Pastorales Illustrissimi Domini Archiepiscopi avellerent. Omnia vera copia traducta ex Lusitano idiomate sic se habet.

Nos

Pars I. Caput I. Deb. f. 5

Nos Aloysius à Sousa, Dei, Apostolicæque Sedis gratiâ Episcopus Hiponensis, Capellanus Maior Principis, à suisque Consiliis, &c. Certioramus omnes personas cuiuscunque status, ac qualitatis inventas, quod cum nobis oblata fuisset postulatio Domini Ludovici de Meneses ab Ericeira Comitis, directa ad Illustrissimum Dominum Nuntium Apostolicum, Archiepiscopum Sidoniensem cum potestate Cardinalis Legati à Latere in hisce Regnis, & Lusitanicis Dominis, inhaerenteque dictæ postulationi sententia, seu decreto præfati Illustrissimi Domini Nuntij prope dictam postulationem, quorum tenor sic postulat: *sic decreti de verbo ad verbum ita se habet.* Dicebat Dominus Ludovicus de Meneses ab Ericeira Comes, ortum habuisse ejus filium, quem vult in salutari Fonte ablueret: & quia cupiditatè flagrat, ut functio hæc baptismalis perfecta sit solenniter, & cum Pontificalibus ab Illustrissimo Domino Capellano Maiori; cum autem ratione temporis hiemalis insipidi, & crudelis accedens ad Parochiam longè distantem periculum immineat, & prope sit monasterium Beatæ Mariæ Annunciationis Monialium Divi Dominici, cuius est Patronus: Postulat Illustrissimæ Vestræ facultatem celebrandi Baptismum per præfatum Dominum Episcopum Capellatum Maorem in forma petita, &c. Nobilissimo viro oratori ad sanctam Sedem, & nos uti ejusdem Sedis Apostolicæ Nuntium cum potestate Cardinalis Legati à Latere recurrenti pro consecutione supradictæ gratiæ, quæ alias ab ordinariis Prælatis dicta potestate minimè suffultis (ut profertur) impartita fuit, annuendum esse jure optimo existimamus: quapropter facultates nobis de jure competentes ad effectum desuper narratum Illustrissimo Domino Episcopo Capellano Maiori tenore præsentium pro hac vice tantum tribuimus & communiamus, itaut ipse etiam nomine nostro juxta autoritatem, quâ fungimur, omnia de super contenta gerere, ac perficere valeat sine ullo Ecclesiæ ac jurium Parochialium præiudicio. In quorum, &c. Data hac die 9. Februarij 1673. F. Archiepiscopus Sidoniensis Nuntius Apostolicus. Nos itaque præfatam facultatem & delegationem ac-

ceptantes, communicatam per dictum Illustrissimum Dominum Nuntium, ad effectum de quo agitur in dicta postulatione, deliberavimus solenniter, & pontificaliter celebrare Baptismum, cum Superioritas Illustrissimi Domini delegantis ab alia facultate seu licentia nos absolvat. Et quia pervenit ad nostras aures, Illustrissimum Dominum Archiepiscopum hujus Archiepiscopatus vetare executionem, & celebrationem prædictæ functionis, mandando ad hujusmodi effectum varias notificationes in personas à sua jurisdictione adhuc exemptas, proferendo censuras, & pœnam, & declarando interdictam Ecclesiam Cœnobii Annunciationis hujus Civitatis Ulyssiponensis promptam, ac destinatam ad solennitatem baptismalem, in quibus omnibus sine jurisdictione procedit, ac per consequens jurisdictionem nostram delegatam intercludit & perturbat, cum eam totis viribus defendere debeamus juxta juris permissionem erga omnes perturbantes, cujuscunque sint qualitatis, dignitatis, ac ordinis, & Officiales, & ministros: quapropter per has præsentes literas irritas facimus qualescunque progressiones, seu contrarios, seu contra aliam quamcunque personam processas, explanando irritas, nullas nulliusque vigoris qualescunque censuras, vel pœnas contra nos fulminatas. Sic & præcipimus sub pœna excommunicationis maioris ipso facto incurrenda, & quingenitorum aureorum applicatorum ad accusatorem, & captivos, omni personæ, seu personis contra nos progredientibus, nosque turbantibus, & commoventibus à jure nostro, vel contra alias quascunque personas ad eundem finem, ut per trium quadratum spatum, quod eis pro tribus canoniciis admonitionibus assignamus, cedant à violentia nobis facta: eodemque modo præcipimus omnibus Notariis Apostolicis, ceterisque justitiæ Officialibus, tam Sæcularibus, quam Ecclesiasticis, Sacerdotibus in sacris Ordinibus constitutis, vel etiam minoribus, sub eadem censura, & pœna, ut nequaquam faciant operationem virtute iusserum Illustrissimi Domini Archiepiscopi, vel quorumcunque perturbantium. Per has quoque literas citamus, & vocamus præfatum Illustrissimum Dominum Archiepiscopum

6 Tract. de Compet. inter Archiep. &c.

chiepiscopum, sicut & cæteros omnes ad ag-
gravationem, & regravationem censura-
rum, ac pœnarum secundum suæ contuma-
cæ obstinationem. Et ut omnibus de hoc
constaret, misimus præsentes scribere in
forma prædicta, cum prius sint signo nostro
munitæ, & sigillatæ nostrorum stemma-
tum sigillo. Josephus Ferreira Presbyter
Notarius Apostolicus, & Actuarius Au-
ditoris Regiæ Capellæ, sic jubente Illustrissi-
mo Domino Episcopo Capellano Maiori,
decimoprimo die Februarij, anno millesimo
septuagesimotertio. Episcopus Capellanus
Maior.

8 Omnibus justitiæ Officialibus, tam Sæ-
cularibus, quam Ecclesiasticis, vel alteri
cuicunque personæ ad hæc requisitæ præci-
pimus sub pœna ex cōmunicationis ipso facto
incurrienda, ut evellat qualiacunque scrip-
ta affixa ad eum finem, scilicet ne celebre-
mus solenniter Baptismum filij Comitis de
Ericeira contra jurisdictionem ad id nobis
concessam, et si sint scripta per Illustrissi-
mum Dominum Archiepiscopum hujus
Civitatis, vel per aliam quamcunque per-
sonam. Ulyssipone die decimoprimo Februa-
rij, dicto anno 1673. Episcopus Capellanus
Maior.

9 Cùm hoc pervenisset ad aures Illus-
trissimi Domini Archiepiscopi, jussit
scribi literam pastoralem interdicti ab
ingressu Ecclesiæ, cuius tenor idem est,
qui sequitur. Dominus Antonius de Mé-
doza, Dei, & Apostolicæ Sedis gratiâ Me-
tropolitanus Archiepiscopus Ulyssiponensis,
a Consilio Status Principis Domini mei,
&c. Omnibus nobis subjectis Ecclesiasti-
cis, ac Sæcularibus, Prioribus, Vicariis,
Rectoribus, Coadjutoribus, cæterisque Pa-
rochis huius Civitatis, Clericis rem sacrâ
celebrantibus, Notariis Apostolicis, Ac-
tuariis, aliisque justitiæ Officialibus, &
personis tam Sæcularibus, quam Regula-
ribus hæc nostra Pastorale Litera fuerit
demonstrata, salutem, & in æternum pa-
cem in Jesu Christo Salvatore nostro, om-
nium remedium, veraque salus. Certiora-
mus, quoniam ad nostras aures pervenit,
quod post publicatam unam Pastoralem,
per quam misimus, nullam personam Re-
gularem, aut Sæcularem, cuiuscunque
status, conditioniue præstare aliquo modo

authoritatem in Baptismo solenni, quem co-
gitat administrare Illustrissimus Dominus
Episcopus Capellanus Maior in Ecclesia
Annuntiationis huius Civitatis, sine quo
constaret de licentia nostra in scriptis data,
aut legitimi Superioris; eodemque modo
nullam personam cuiuscunque qualitatis
consentire, seu præcipere ejus natos Bapti-
zari extra suam Ecclesiam Parochialem:
& cum dictæ chartæ observatio deficeret,
Dominus Episcopus Capellanus Maior cu
injuria, & contemptu nostræ ordinariæ ju-
risdictionis Edicta offigere jussit suâ pro-
priâ manu signata, per quæ abrogat, &
præcipit dictam nostram chartam avellere
ex locis ubi affigebatur, se subscribens in se-
rie talium Edictorum, & cum temerario
ausu usurpans, & nostram jurisdictionem
præpediens; cum tamen ad hoc nullâ licen-
tiâ sit vallatus, nec etiam ullam auid nos
exhiberet in scriptis concessam à legitimo
Superiore, sicuti de jure requiritur: ex qui-
bus omnibus resultat præjudicium juridi-
ctionis nostræ, & damnum animarum no-
strarum Ovium. Cùmque liqueat per
certiorationes Officialium scribentium in
nostro Auditorio, aliquos audacter, & te-
merè discindere prædictas Pastorales, quæ
præfixa erant, percutientes Ecclesiasticas
personas directas ad præfigendum, vetan-
tesque tales executionem. Sed quia hanc
temeritatem, seu quamcunque aliam inter-
cipere tenemur pro defensione nostræ juridi-
ctionis, utentes in huiusce casu ea nobis à
jure concessa; quapropter præsentem misi-
mus scribere declaratoriam in personam
præfati Domini Episcopi Capellani Maio-
ris, per quam eum declaramus (inspecta no-
toriate, quacum nostram jurisdictionem
lædit, & obnubilat) incurrire pœnam sen-
tentiae interdicti ab ingressu Ecclesiæ, in
quam per præsentem eum implicamus, &
declaramus incuruisse, & irrita dicimus
nullaque declaramus omnia Edicta, &
progressionem per eum in hoc casu fulmina-
tam. Eodemque modo præcipimus scribere
hanc literam interdicti generalis, & spe-
cialis, & illius virtute, authoritate ordi-
naria, quâ in hanc partem utimur, impo-
nimus, & per hanc infixam dicimus sen-
tentiam interdicti generalis localis in tota
hac Civitate, & illius Ecclesiis, Larariis,
Sacel-

Pars I. Caput I.

Sacellis, & Capellis, & interdictum speciale, & locale unicuique dictarum Ecclesiarum, tam Regularium, quam Sæcularium, Lararus, & Sacellis (excepta Regia Capella.) Sic etiam præcipimus Recloribus, & Parochis supradictarum omnium Ecclesiarum, sub pœna excommunicationis maioris, ut affigant has nostras literas, mandentque executioni, & obseruent, dando etiam operam, ut inviolabiliiter serventur in forma eis contenta, veluti de jure tenentur; & nullatenus avellantur ex loco ubi prius fuerint affixa, sub pœna excommunicationis maioris latæ sententiae, & fixuræ mittent certiorationes. Data Ulyssipone sub nostro signo, & sigillo, decimo secundo die mensis Februarij, millesimo sexcentesimotertio anno. Dominicus à Mesquita Teixeira cubiculi Actuarius subscripti. A. Archiepiscopus Ulyssiponensis.

10. Et non obstante supradicto Edicto in jurisdictionis ordinariae præ iudicium, & contemptum Pontificalia exercens baptizavit. Hoc modo declarato, & observato interdicto, Dominus Episcopus Capellanus Maior recognoscens ejus vigorem, defectuque suæ jurisdictionis laborans, decimotertio die Februarij, post meridiem hora secunda constituit procuratorem Illustrissimum Henricum de Carvalho de Sousa, ut suo nomine appellaret præ Domino Archiepiscopo ab impositione interdicti in ejus odium, & totius Civitatis Ulyssiponensis; & cū effectu fuit interposita appellatio in praesentia Circuitoris Legationis Emmanuelis Teixeira Sancta Cruz: sicque interposita misit Dominus Archiepiscopus per sententiam in scriptis datam actuari in forma solita, & fieri conclusionem ad deferendum: & post terminum duarum horarum, distante Domino Nuntio (ad quem fuit appellatio interposta) in villa juxta Monasterium Beatae Mariæ Lucis: oblata fuit ejus cōmissio appellationis ad Reverendissimum Auditorem facta, ejusque virtute misit compulsoriam. Omnia sic perfecta fuerint intra supradictum terminum duarum horarum, mirum sanè ex nimia celeritate; & omnium copia transcripta ex Lusitana lingua sic se habet.

7

Doctor Dominicus Terruggius Auditor generalis Legationis, & Nuntiaturess Apostolicæ, & per Illusterrimum, ac Reverendissimum Dominum Franciscum Ravizza, Dei, sanctæque Sedis Apostolicæ gratiâ Archiepiscopum Sidonensem cum potestate Legati à Latere, & in hisce Regionis, & Dominijs Portugallie Nuntium Apostolicum per Sanctitatem Papæ Domini nostri Clementis decimi nunc in Ecclesia Dei Præsidis, Judex commissarius negotij, & causæ, de quibus infra expressa, & explicata mentio facta erit. Omnibus personis sive Ecclesiasticis, sive Sæcularibus, & sacris Ordinibus decoratis, Notariis Apostolicis, Actuarus, Tabellionibus publicis hujus Curiæ, urbisque Ulyssiponensis, & totius Archiepiscopatus, & aliis cujuscunque territorij supradictorum Regnum, & Dominiorum Portugallie, eis omnibus quibus hæc meæ Literæ Apostolicæ compulsoriæ, & citatorie in forma oblatæ fuerint, earumque robur ex meo decreto profluens requisitum fuerit. salutem, & pacem in æternum in Jesu Christo Domino nostro, omnium remedium & salus. Notitiam præsto, ad instantiam Illustrissimi ac Reverendissimi Episcopi Capellani Maioris supplicationem mihi oblatam fuisse cum commissione ad finem ejus ab Illustrissimo Domino Nuntio emanata, & per eum prædictum Dominum signata, per quam mihi commisit in gradu appellationis causæ cognitionem contentam, & explicatam in supradicta commissione, & supplicatione, ex quibus instanter fuit requisitus nomine, & instantiæ præfati impetrantis, ut eam acceptarem, & me iudicem Apostolicum ipsius, & eam debitæ executioni mandarem; & perspecta prædicta commissione, & requisitione, ego tanquam filius obediens mandatis Apostolicis eas accepi, & me publicavi Commissarium Judicem Apostolicum in prædicta causa, & ex ea dependentibus, cum promissione ut in omnibus, & per omnia eam debitæ executioni mandem cum effectu, secundum ipsum tenorem, & formam, cuius exemplum de verbo ad verbum id est, quod sequitur. Ulyssiponensis Illustrissime ac Reverendissime Domine, pro parte Reverendissimi Episcopi Capellani Maioris Regie Capella Ulys-

8 Tract. de Compet. inter Archiep. &c.

Ulyssbonensis exponitur Nominationi vestræ Illusterrimæ, ac Reverendissimæ, quod commissus ad effectum baptizandi filium Comitis de Ericeira vigore licentiae præcedenter obtentæ à Dominatione vestræ Illusterrimæ, processerit ad quosdam actus jurisdictionales, annullando impedimenta à Reverendissimo Archiepiscopo apposita, & alia forte peragenda: at idem Reverendissimus Archiepiscopus sub nullo, & insubstanti prætextu quod orator ad ejus notitiam non deduxerit dictam licentiam, quam à Dominatione vestræ Illusterrimæ reportaverat, & ex alioquin prætensis causis contra eundem oratorem protulit, & publicavit sententiam interdicti ab ingressu Ecclesiæ, prout etiam similis interdicti sententiae generalis, localis, & specialis supposedit, & subjecit totam hanc Civitatem Ulyssbonensem, omnesque illius Ecclesiæ Sæculares, & Regulares, & Oratoria, & alias prout latius continetur in præfata sententia, seu sententius, à qua, seu à quibus se sentiens multum gravatum appellavit ad sanctam Sedem. Supplicat igitur humiliter Dominationi vestræ Illusterrimæ, & Reverendissimæ orator prædictus, quatenus dignetur causam, & causas appellacionum hujusmodi nullitatis, & nullitatum, inæquitatis, & injustitiae assertorum, seu gravaminum quoque attentatorum, ac innovatorum quorumcunque, necnon & restitutio in integrum, prout de jure, aliqui probo, aut docto viro in dignitate Ecclesiastica constituto audiendas, cognoscendas, decidendas, ac fine debito una cum omnibus illarum incidentibus emergentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali pro justitia summarie, & cum clausula quam, & quas terminandas committere, & mandare cum potestate ad omnia, omnesque alios, etiam sub censuris Ecclesiasticis, & pecuniarijs arbitrio applicandis, & moderandis, pœnis inhibendo contumaces, & rebelles illas incurrisse Ord. S. Concil. Trid. ter declarans, aggravans, & reaggravans, & interdicens: Oratorem quoque à quibusvis censuris simpliciter, seu ad cautelam, seu alias ad effectum agendi, prout juris fuerit absolvendo, ac ad omnia; & singula necessaria in integrum restituens, aliisque fa-

cultatibus etiam usque ad invocationem auxiliij brachij sacerdotalis inclusivè necessarijs, & opportunis, præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque instruens. Audiat Auditor noster, citet, & constito prius de gravamine, mibi beat, absolvat, ac prout de jure restituat, procedat ut petatur, & justiam faciat tam super interdicto generali hujus Civitatis, quam particulari oratoris, cum facultate interim suspendendi dicta interdicta ad tempus sibi bene visum, ad effectum agendi, maximè in ijs diebus currentibus, in quibus fideles frui solent pluribus indulgentiis, & audire conciones, aliasque devotiones peragere in his dictis currentibus temporibus piè institutis. Placet. Franciscus. Datum Ulyssipone idibus Februarij, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Clementis Papæ decimi anno tertio. Pro omnibus taxat ducatos tres, & vig. duo. Item pro Officialibus 180. Sic itaque per me suscepta commissione Illusterrimi ac Reverendissimi Domini Nuntij, ut dixi, fui instanter requisitus nomine, & pro parte dicti impenetrantis Illusterrimi, ac Reverendissimi Domini Episcopi Capellani Maioris, ut procederem ad debitam executionem ac effectum, mandando scribere Literam compulsoriam, & citatoriam ad Reverendum Judicem à quo, ut ad hoc meum Tribunal remittat acta causæ, de quibus in superdicta commissione mentionem facimus, ut ad id compulsetur, citatis partibus ad appellationis prosecutionem, formâ solitâ; inspectoque suo edicto, & postulatione iusta, jurique consona, concessionem decrevi prædictarum Literarum in forma petita: quapropter præsentem scribimus, per quam authoritate Apostolica mihi concessa, quæ in isto casu utor, præcipio dictis Notarijs, cæterisque justitiæ Officialibus, & personis retrò expressis, & unicuique qui requiratur, ut personaliter, præcedente, & comitante omni obsequio, & civilitate debita Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Archiepiscopo Metropolitano hujus Civitatis Ulyssiponensis, & totius Archiepiscopatus Judici à quo, ex meo jussu ei notificent, sicut & ego facio, ac admoneo virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna interdictorum

Pars I. Caput I.

etorum ab ingressu Ecclesiæ, milleque aureorum admotorum per supradictum modum, ut termino trium dierum primum sequentium, quos ei do, & assigno pro tribus canoniciis admonitionibus divisim, dignetur offerre, ac remittere ad hoc Tribunal Apostolicum Legationis omnia dictæ causæ acta, & quæ ex eis dependent, in eo statu, & terminis, quibus fuerint in forma stylis: & eodem modo quibuscumque aliis Judicibus tam ordinariis, quam extraordinariis, executoribus delegatis, & subdelegatis, vel quacunque alia jurisdictione utentibus, de ea cognoscientibus, vel cognoscere intendentibus omnibus notifcent ex meo decreto, me eos admonere jubentem virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis maioris ipso facto incurrenda, & tercentorum aureorum applicatorum per supradictum modum, ut ex intimatione, & notificatione hujus meæ Apostolice Chartæ advocatoriæ in suis personis inratares dies primos sequentes applicatos pro tribus canoniciis admonitionibus divisim, remittant omnia acta in forma supradicta, ut eis inspectis, auditisque partibus possim pronuntiare super gravamen, & incidens, de quibus appellatur, decretum, & sententiam justitiae visam, in forma concessionis suæ Illustrissimæ Dominationis. Aliter sic non servando valde integrè, ut dictum remanet, quod minimè speratur, incursos judicabo in predicta excommunicatione, & pœna pecuniaria, & procedam contra unumquemque contrarium facientem cum ceteris executivis progressionibus in jure necessarijs: & ad declarationem, aggravationem, reaggravationem, & condemnationem suprapositæ pœnæ pecuniariæ eos cito, voco, ac per has præsentes Literas citatos, ac vocatos dico: & Notario, seu Actuario sub cuius potestate fuerint acta dictæ causæ, seu alia quæcumque ad eam spectantia jubeo sub eisdem pœnis supradictis, quod ex observatione Reverendi Judicis à quo Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi, & ex notificatione hujus compulsoriæ in sua persona, adusque novem dies primo sequentes, quos ei in predicta forma canonica assigno, det copiam illorum omnium. & apud me exhibeantur, ut di-

Pars I.

Etum est, & cum effectu ea omnia compulset ad hoc meum judicium in forma stylis, soluto tamen justo, & competenti salario, missâ sic copiâ optimo calamo scriptâ, & per personam aptam; dummodo in predicta copia minime transcribant has Literas, quas solum transcriptent in actis propriis, ut ex ea liqueat; propriam autem restituant Illustrissimo Domino Episcopo Capellano Maiori impenitanti, seu illius sufficienti procuratori, ad perficiendas ceteras necessarias diligentias; & supradicta acta in hac Curia tradantur Actuario istius subscriptori. Eadem etiam auctoritate præcipio dictis Notariis, ceterisque justitiæ Officialibus sub eisdem pœnis supradictis, & quingentorum aureorum, quod si haec fuerit eis exhibita, nullatenus unus pro alijs se excuset, ut dictum est, immò notifcent sicut in ea continetur, Notario predicto actorum circa tangentia illorum compulsoriæ; sive que etiam perget, & adveniat ad personam Reverendi Promotoris hujus Archiepiscopatus Ulyssiponensis, & ad ceteras quoque personas pares in predicta causa, quarum nomina, & cognomina hic expressa, & declarata censeo, & existimo, & ad supplicationem Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Episcopi Capellani Maioris impenitantis ex præcepto meo eos citent, & in judicium vocent in forma solita, ut ex citationis die usque ad primos tres sequentes, per se, vel per legitimum procuratorem apud me compareant in hoc meo judicio Apostolico, ad requirendam suam justitiam in predicta causa, de qua agitur, & ex ea dependetibus, emergentibus, in diebus audienciarum hujus Tribunalis, quæ fieri solent in Palatus habitationis Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini Nuntij, vespertina hora tertia feriæ quartæ, & Sabbati non feriati: aliter enim non comparentes, ut dictum remanet, si constet de eorum citatione, in pœnam pertinaciæ tanquam citatos decernemus, ac omnes terminos, & acta judicialia ad causam necessaria, atque ad videndos jurare testes, & audiendam sententiam diffinitivam inclusivè præfigemus. sic justitiam partibus impariendo, & administrando per viam melius consideratam: & si forte acciderit, quod aliquis ex supradictis personis occultetur, discedat, sive que

B

copiam

10 Tract. de Competent. inter Archiep. &c.

copiam neget, hoc noto per summariam informationem duorum vel trium testium extrajudicialiter, in hujusmodi casu citationem perficiant in persona cuiusque familiaris domus suæ, vel vicini proximi, unde possit pervenire ad ejus notitiam, explicando citationis causam, judicium, & diem apparitionis, singula minutum. Item certioramus Illustrissimum, ac Reverendissimum Dominum Archiepiscopum, quod ad instantiam Illustrissimi Domini Episcopi Capellani Maioris fuit etiam mihi oblata postulatio, per quam supplicabat suspensionem interdicti hujus Civitatis, & suæmet personæ. Cum itaque talem supplicationem præ oculis haberem, & præmeditarem, visâ formâ commissionis Illustrissimi; ac Reverendissimi Domini Nuntij mihi facultatem concedentis ad suspensionem, & elevationem interdicti, mandavi scribere Literas fixatorias elevationis prædicti interdicti per spatum quindecim dierum dumtaxat; ad effectum agendi cum reincidenzia in forma præfatæ commissionis supra insitæ, & ad cognitionem captandam superadieti negotii. Quapropter prædictus Illustrissimus, ac Reverendissimus Dominus Archiepiscopus annuet, & omnia explebit, & permittet observationem sub pœnis infra impositis: omniumque certificationem scribant à dorso huius Literæ, quæ fidem faciat, ad procedendum in causa, prout est ius, & justitia. Datum in hac Curia Ulyssiponensi, sub meo signo, & sigillo Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Nuntij apud me ministrantis, Februari die decimotertio. Franciscus Maria Lamparelli publicus Notarius Apostolicus, Legationis Actuarius subscripti. Dominicus Tarruggius Auditor. Sigilli locus  Ad signum 40. Ad sigillum suæ Illustrissimæ 40. Solvit cum duplicita latinitate 400. Decretum Reverendi Auditoris prope signum suum scriptum Lusitano idiomate in compulsoria, est quod sequitur. Decerno etiam quod si arduum fuerit, minimè ve potuerit executor istius compulsoriae introduci ad personam Illustrissimi Domini Archiepiscopi, notificet quemcunque familiarem seu vicinum, aut eam figat in ostio domorum sui habitaculi; quod sic perfectum, diligenter, & notificationem bene, & validè fa-

Et am æstimabo: eodem etiam modo optimè factam judicabo, si notificetur Reverendo Vicario generali. Ulyssipone, Februarij die decimotertio, anno millesimo sexcentesimo septuagesimotertio. D. T. Auditor.

In hunc modum observato, & declarato interdicto, cùm Dominus Episcopus Capellanus Maior recognosceret suæ jurisdictionis defectum, ad Reverendum Auditorem recurrit, cui appellatio erat commissa, ut præciperet suspendere interdictum; prædictusque Dominus Auditor jussit scribere Literas supercessorias Lusitana lingua sequentis tenoris. Doctor Dominicus Tarruggius Auditor generalis Tribunalis Nuntiaturæ Apostolicæ, & per Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Franciscum Ravizza, Dei, & Apostolicæ Sedis gratiâ Archiepiscopum Sidoniensem, & nostri Sanctissimi in Christo Patris Clementis per divinam providentiam Papæ decimi Nuntium Apostolicum cum potestate Legati à Latere in hisce Regnis, & Portugallæ Dominis, Judex Commisarius, & Apostolicus negotij, & causæ, de quibus infra fiet expressa, & declarata mentio: Omnibus reverendis Prioribus, Rectoribus, Vicariis, Parochis, Coadjutoribus, cæterisque personis tam Ecclesiasticis, quam Secularibus, Regularibus, cuiuscunque gradus, seu dignitatis, eodemque modo Christianis Fidelibus cuiuscunque sexus, illis quibus haec meæ Literæ Apostolicæ elevationis interdicti generali, localis, & specialis imposita tam in persona Illustrissimi Capellani Maioris, quam generaliter in Ecclesias, Larariis, Sacellis hujus Civitatis Ulyssiponensis presentatae fuerint, ejusve notitiam habuerint, salutem & pacem in perpetuum in Domino nostro Deo, omnium verum remedium, & salus. Certitudinē præbeo, postulationem in scriptis mihi fuisse oblatam ad instantiam Illustrissimi Domini Episcopi Capellani Maioris, per eam manifestantis mihi fuisse commissam per Illustrissimum Dominum Nuntium cognitionem appellationis interpositæ processuum, & interdicti sententiæ contra eum declaratae per Illustrissimum Dominum Archiepiscopum Ulyssiponensem imponentem interdictum in hanc universam Cu- riam;

viam; qua de causa Christianos Fideles maxima vexatione delassabat, præsertim in præjudicium Quadragesimæ, & tempore Jubilæorum sanctorum. Cumque commissio mihi concesserat facultatem elevandi prædictum interdictum ad tempus per me arbitratum, sic in rebus tangentibus personam supplicantis, quam totam hanc Curiam; sic etiam quia id postulabat tempus sancti Jubilæi, & introitus Quadragesimæ, unde per conclusionem suæ postulationis supplicabat mitti decreta necessaria ad elevationem præfati interdicti, factâ gratiâ juxta contenta in prædicta postulatione; quam cum præ oculis haberem, & dictam commissionem respicerem, ad observationem illius formæ meam sententiam pronuntiavi dicentem, scribi literas elevantes non solum interdictum generale, & locale hanc Civitatem gravans, sed etiam speciale personæ Illustrissimi Domini Episcopi Oratoris inhærens, per spatum quindecim dierum, ad effectum agendi, & accipiendo cognitionem supradicti negotij, cum reincidenzia in forma Apostolicæ commissiæ Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Nuntij. Ulyssione decimotertio Februarij, anno 1673. Dominicus Tarruggius Auditor. Cujus decreti virtute & propria Apostolica authoritate mihi commissa, quâ in hanc partem utor, per præsentem suspendo, elevatumque dico interdictum generale, locale, speciale impositum Ecclesias hujus Civitatis Ulyssiponensis, Larariis, Sacellis Sæcularibus, & Regularibus, personæque Illustrissimi Domini Episcopi Capellani Maioris per spatum quindecim dierum, ad effectum agendi cum reincidentia, ad capiendam cognitionem causæ, & negotij supra relati. Sic & præcipio virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis maioris ipso facto incurrenda, & tercentorum aureorum admotorum ad dispensia Tribunalis Legationis, omnibus supradictis personis supra relatis, cujuscunque gradus, ordinis, dignitatis, & jurisdictionis, ut habeant, & supponant prædictum interdictum suspensum durante quindecim dierum spatio, horumque initium cæptum à die hujus fixationis; alias contrarium operando in eos irruam cum comminatione tñnarum narratarum, cætero-

Pars I.

rumque juris processuum. Et ut ad omnium notitiam perveniat, hæc fixa maneat in officiis Ecclesiarum hujus Civitatis; ex his autem minime avellere, aut scindere quisquis audeat, cujuscunque ordinis sit, sub præfata excommunicationis pœna. Datum Ulyssipone, decimotertio die Februarij, anno millesimo sexcentesimo septuagesimotertio. Franciscus Maria Lamparelli subscripsi. Ad signaturam 40. Ad sigillum 40. Dominicus Tarruggius Auditor.

Sic infixis literis Reverendi Auditoris, propemodùm Illustrissimus Dominus Archiepiscopus Ulyssiponensis iussit scribere Literam Pastoralem Lusitano idiomate abrogatoriam in modum sequentem. Dominus Antonius de Mendoza, Dei, & Apostolicæ Sedis gratiâ Metropolitanus Archiepiscopus Ulyssiponensis, à Consilio Status Principis Domini mei, &c. Omnibus nostris subditis, tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus cuiuscunque qualitatis, gradus, seu ordinis sic etiam omnibus Prioribus, Vicariis, Parochis, Recloribus, Coadjutoribus, Beneficiatis, & Capellanis Ecclesiarum hujus Civitatis, Sacerdotibus, sacrisque Ordinibus insignitis, Notariis Apostolicis, Actuariis, cæterisque justitiae Officialibus, quibus haec nostræ literæ exhibetæ fuerint, seu illarum notitiam habuerint, salutem & pacem in æternum in Jesu Christo nostro Salvatore, verum omnium remedium, & salus. Notum facimus, quod cum nobis constaret Dominum Episcopum Capellatum Maiorem studere exercitium functionum Pontificalium celebrare ad solenniter baptizandum, & extra Parochiam filium Comitis de Ericeira, in Ecclesia Annuntiationis in hoc Archiepiscopatu sita, & absque nostra in scriptis prolatâ licentia, nec alia quacunque legitimi Superioris nobis demonstrata, ut validè hoc perficere posset; mandavimus unam Pastoralem scribere vetantem præfato Domino Episcopo Capellano Maiori similia peragere nobis non annuentibus; habens autem ullam licentiam, & facultatem; nobis eam ostenderet tanquam Ordinario hujus Archiepiscopatus: & ad hunc effectum ei jussimus notificationem. Attamen in omnibus secus se gessit prædictus Dominus Episcopus, & per interpositionem po-

tentium interclusit diligentiae exactionem in sua persona, & consequenter Ecclesiasticam personam diligentiam ministrariem me imperante male receperunt avellendo aliquas Pastorales, & in hunc modum jurisdictionem nostram Ordinariam impeditentes: & supra tantum modum crevit excessus, quod cum actu temerario iussit scripta perfigere in Ecclesias, & locis publicis hujus Civitatis contra nostram Pastoralem, sine ulla fundamento, seu iuris subsistentia; in quibus omnibus violavit, & perturbavit jurisdictionem hujus Mitræ, cum delicto notorio, & injuria. Quapropter cum causæ sint admodum justificatæ, & notoriæ, declaramus dominum Episcopum Capellatum Majorem incursum in interdicto ab ingressu Ecclesiæ: & ut violata Ecclesia ex usurpatione, & perturbatione suæ jurisdictionis dignum dolorem præbeat ac detegat, mandavimus divulgare interdictum speciale, locale in omnibus Ecclesiis, Sacellis, Larariis huius Civitatis (excepta Regia Capella) quod omne decimo secundo die presentis Februarij actum est, & existit in sua viridi observantia. His attamen prædictus Dominus Episcopus minimè obtemperavit, immò potius indurato animo contumaciam prosecutus est Baptismum celebrando adversus nostram prohibitionem, & interdictum, per quod eum declaratum dicebam. Rebus sic stantibus, nunc ad nostram pervenit notitiam, Reverendum Auditorem Legationis hodierna die præcipere publicationem, & fixationem nonnullarum literarum suspensionis interdicti à nobis impositi, tam in personam Domini Episcopi Capellani Maioris, quam in Ecclesias hujus Civitatis: quod nullatenus prætermittere possumus, sed abominari, quia unde expectabatur observantia Sacrorum Canonum, & Ecclesiastica Jurisdictionis, inde oritur ejus perturbatio, & violatio. Et ratio est, quia nostrorum processuum minimè acta aliqua usque adhuc fuerunt expedita ad judicium Legationis: quam de causa Reverendus Auditor non poterat cognitionem assumere interdicti per Ordinarium impositi in prima instantia, antequam acta revideret cum citatione partium; quod nunquam præcessit, juxta definitionem Pontificis Pij quarti in cap.

Romana, §. Sententias, de appellat. lib. 6. Quod Illustrissimus Dominus Nuntius alienare non potest juxta decretum Sacri Concil. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 7. Quare cum supradictæ literæ suspensio- nis interdicti sint scriptæ nulliter de facto, & ex abrupto, contra juris formam, per- turbantes, & impediens legitimam sen- tentiæ executionem Ordinarij in prima in- stantia prolatæ, priusquam in judicio ap- pellationis agnitus desumeretur, ex quo de- fectu Reverendus Auditor carebat juris- dictione ad scribendam prædictam literam; & multò fortius cum in commissione messet clausula, Constatto prius de gravamine; quia etiam res erat per suos prædecessores minimè in hoc Regno solita, ad obviandum initum contemptum, & dedecus censura- rum Ecclesiasticarum, & pacis Reipubli- cæ perturbationem per contrarium impa- etam cum damno maximo, & præjudicio Fidelium Christianorum, & quia nostri muneris est cavere ne exequantur manda- ta, & procedimenta nulla defectu jurisdi- ctionis in hoc nostro Archiepiscopatu, im- munisque reddere nostrarum ovium ani- mas nobis injunctas; per præsentem nostrā Pastoralem ordinaria authoritate, quam hic utimur, irritam divulgamus præpositam literam suspensionis interdicti, & nullum ejus esse robur, & vigorem, tam in judicio, quam extrajudicialiter, & sub pena ex- communicationis maioris ipso factō incur- renda præcipimus omnibus personis Regu- laribus, & Secularibus cuiuscunque qua- litatis, & conditionis in hoc nostro Archie- piscopatu, ne observent prædictam literam suspensionis interdictorum, tanquam irri- tam per nos declaratam; immò potius no- strum interdictum servent, & observent cum rigore in eo declarato, sicuti de jure te- nentur. Et ut omnium notitia capetur, & nullatenus ignorantia se juvare queant, mandavimus præsentem scribere adfigen- dum in ostijs Ecclesiarum hujus Civitatis, unde evellere minimè quisquis audeat sub pena excommunicationis latæ sententiæ. Datum Ulyssipone, sub nostro signo & si- gillo, Februarij die decimotertio, anno mil- lesimo sexcentesimo septuagesimotertio. Do- minicus à Misquita Teixeyra cubiculi A- Etuarius subscripsi. A. Archiepiscopus Ulyssi-

Ulyssiponensis. Sigilli locus 

Sic perfixis prædictis Literis Pastoralibus suæ Illustrissimæ, præfatus Reverendus Auditor alias eas annullantem præcepit scribere Lusitano idiomate, cuius copia talis est. *Doctor Dominicus Tarruggius Auditor generalis Legationis Apostolicæ Nuntiaturæ, & per Illustrissimum ac Reverendissimum Dominum Franciscum Ravizzam, Dei, & Apostolicæ Sedis gratiâ Archiepiscopum Sidoniensem, Sanctissimi in Christo Patris Clementis decimi Domini nostri, nunc in Ecclesia Dei Præsidis Nuntium Apostolicum cum potestate Legati à Latere in hisce Regnis, & Dominijs Lusitanicis, Judex commissarius negotij, & causæ infra scriptæ, &c. Certum facio Illustrissimum ac Reverendissimum Dominum Nuntium nobis direxisse commissionem in gradum appellationis, & in secundam instantiam cognitionis causæ circa interdictum generale, speciale, & locale per Illustrissimum Dominum Archiepiscopum Ulyssiponensem impositum in hanc Curiam, & in personam Illustrissimi Domini Episci Capellani Maioris: sed quia delegatio Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Nuntij communicabat facultatem ad decernendam interdicti suspensionem pro quindecim dierum spatio prout decretavi) ad effectum agendi cum reincidentia; & quia secundum jus actis mihi opus non erat ad prædictam suspensionem, sic etiam perpensā maximā vexatione, quacum hæc Curia fatigabatur, Christianique Fideles, nunc ad meam notitiam pervenit, prædictum Illustrissimum Dominum Archiepiscopum divulgasse Literas Pastorales nostras annullantes: quod per me bene visum, maximaque ponderatione animo lustratum, tenore præsentium autoritate Apostolica mihi concessa, quâ hic utor, abrogo, & abrogatam dico sine ullo robore. aut vigore prædictam chartam pastoralem annullatoriam, ac si non esset, cæteraque scripta, aut procedimenta per præfatum Archiepiscopum expedita: & præcipio sub pœna excommunicationis Maioris ipso facto incurra, & quingentorum aureorum destinorum ad Legationis dispendia, omnibus Prioribus, Parochis, Coadjutoribus,*

cæterisque personis, vel sacerdotalibus, vel regularibus, & cujuscunque sexus, & jurisdictionis, ut teneant, & servent, ac studient ut incorruptè progrediatur nostrorum literarum executio interdictum elevantium per spatiū quindecim dierum, veluti in eis continetur: caret namque ulla subsistentia de sumptum fundamentum per Illustrissimum ac Reverendissimum Dominum Archiepiscopum dicentem Illustrissimum ac Reverendissimum Dominum Nuntium concitasse, læsionemque inservire dispositioni texius in cap. Romana, §. Sententias, de appell in 6 scripti per sanctæ memorie Innocentium IV. milia concedendo facultatem suspendendi interdictum pro quindecim dierum spatio, ad effectum agendi, & ad assignandum terminum consentaneum ad compulsanda acta ad hoc meum Tribunal, cognitionemque assumendam intentati gravaminis: prædictus namque textus Innocentij IV. in hæc tantummodo verba prorumpit. Sententias quoque interdicti, vel suspensionis, seu excommunicationis in appellantem ab eo, à quo appellatum proponitur promulgatas, nullatenus nisi vocatis partibus de appellatione legitimè cognita revocent, aut denuntient esse nullas, &c. Quod nec per me, nec etiam per Reverendissimum Dominum Nuntium perpetratum fuit: hac tenus enim nec fuit antiquatum, nec revocatum interdictum Illustrissimi Domini Archiepiscopi, sed solummodo tantum concessa una limitata supercessoria, seu suspensio ad tempus quindecim dierum: quod omnibus Apostolicis Judicibus liberum est, adhuc ante inhibitionem Judicis à quo, & priusquam remittantur acta ad suam potestatem. juxta meliorem, & communiores Doctorum sententiam, & opinionem sic practicatam in supremis Tribunalibus, & per Rotam Romanam approbatam, quam Ecclesiastici debent plurimi facere, ut latè declarat, & explicat Salgado de Reg. protect. p. 2. cap. 10. a. n. 29. usque ad 34. & melius num 47 & 48: ubi refert ad saturitatem concordantes. Id que optima cum ratione facere potest ille, cui in commissione Illustrissimi Domini Nuntij specialiter concessa est hæc facultas. Ultra etiam hæc jura notoria Illustrissimo

ac Reverendissimo Domino Archiepiscopo defuit apertus defectus jurisdictionis, non enim ei subiacent meæ sententiæ solummodo renovandæ per Illustrissimum ac Reverendissimum Dominum Nuntium nostrum superiorem. Quamobrem maximum stuporem induit, quod Illustrissimus Dominus Archiepiscopus tantis Literis prædictus, & caput tantorum Ecclesiasticorum nullas ac irritas dixerit nostras Literas interdictum suspendentes. Itaque præcipimus omnibus Religiosis, & Monialibus, Regularibus, & Sæcularibus in prædicta forma, videlicet Regularibus sub pœna excommunicationis maioris ipsofacto incurvenda, privationisque activæ, & passivæ vocis per triennii spatum, & pœnæ pecuniariæ, cæterarumque pœnarum ad arbitrium Illustrissimi Domini Nuntii, ut servent, & observent præfatam chartam suspensionis interdicti, & nullius sint apud eos momenti procedimenta, & annullatoriæ prædicti Illustrissimi Domini Archiepiscopi, tanquam scriptæ per personas jurisdictione mendicas: & ideo eadem autoritate præcipio sub prædictis pœnis quingentorum aureorum per supradictum modum applicatorum, omnibus Clericis rem sacram celebrantibus, Notarius Apostolicis, cæterisque Officialibus, & personis, ut hanc notificant, ac legant omnibus eos requirentibus, eamque affigant in ostiis Ecclesiarum hujus Civitatis, ex quibus minimè eripiantur sub eadem excommunicationis pœna. Datum in hac Curia, & Civitate Ulyssiponensi, sub meo signo, & sigillo Illustrissimi Domini Nuntij. Februarij die decimoquarto, millesimo sexcentesimo septuagesimotertio anno. Josephus Lamparelli, per commissionem Domini Auditoris, in absencia Francisci Mariae Lamparelli scripsi. Dominicus Tarrugius Auditor. Sigilli locus 

¹⁵ Postquam hæ literæ Reverendi Auditoris fuerunt perfixa in aliquibus Ecclesiis, unde multi populares euellabant, cum de eis constaret Illustrissimo Domino Archiæpiscopo, iussit scribi Pastoralem secundam Lusitano idiomate prædicto Reverendo Auditori, & est sequens. *Domus Antonius de Mendoza, Dei, & Apostolicae Sedis gratia Metropo-*

litanus Archiepiscopus Ulisponensis; & Consiliis Status Principis Domini mei, &c. Omnibus nostris subditis Ecclesiasticis, & Sæcularibus, cuiuscunque qualitatibus, conditionisve fuerint; sic etiam omnibus reverendis Prioribus, Parochis, Vicariis, Rectoribus, Coadjutoribus, Sacerdotibus, & Clericis sacrorum Ordinum, Notarus Apostolicis, Actuaris, cæterisque justitiae Officialibus, seu personis Regularibus, & Sæcularibus, quibus hæ nostræ Literæ Pastorales fuerint exhibitæ, seu illarum notitiam habuerint, salutem, & in æternum pacem in Jesu Christo Salvatore nostro, omnium remedium, & salus. Notum facimus, per nos fuisse publicatam literam interdicti ab ingressu Ecclesiae in personam Domini Episcopi Capellani Majoris, & generalem in totam hanc Civitatem; speciale, & locate in omnibus illius Ecclesiis, Larariis, & Sacellis, exceptâ Regiâ Capellâ, urgentibus de causis stimulatos, ad idque excitatos ex apertis in prædicta Litera: & adveniente decimotertio die hujus mensis Februarij se intromisit Reverendus Auditor Legationis ad scribendam nonnullam chartam suspensionis censurarum pro quindecim dierum spatio, nisus in appellatione vespere diei antecedentis interposita, de qua Judex constitutus erat, omnia sine ulla jurisdictione: nam cum causa fuisset ei commissa cum clausula, Constito priùs de gravamine, ipsem Auditor nec adhuc compulsa verat, nec perspexerat acta in suo judicio, cum citatione partium, quibus deficientibus, ei non licebat absolvere, seu suspendere interdictum, nec ad breve spatum per nos promulgatum: quare est in sua viridi observantia in prædicta instantia. Qua de causa nos tanquam Ordinarius hujus Archiæpiscopatus, nixi in Juris Canonici dispositione, & sacri Concilii Tridentini, ex facultate nobis competenti nullam diximus præfatam literam censuras suspendentem, & præcepimus servari interdictum inviolabiliter, sicuti in eis apertum erat. Nunc attamen ad nostram notitiam pervenit, prædictum Reverendum Auditorem prosecutum fuisse suum excessum, scripsisseque secundas Literas nostras annullantes, ac mandasse perfici notificationes ad eas observandas Literas, nostras autem

rem irritandas, sic interpretato capite Ro-
mana, §. Sententias, de appellat. in. 6. ni-
xum etiam in authoritate Salgad. quem
tam Romæ, quam in suo Tribunali dam-
nare, & improbare solent; sicut etiam in
quibusdam Rotæ decisionibus per eundem
relatis. Ob quæ omnia per nos visa, & per-
pensa, ac animadversa per doctissimos vi-
tos, deliberavimus prædictam chartam in
jure subsistentiam habere non posse, nec ei
attendi debere, ut per eundem Salgad. in
contrarium allegatum convincitur: fate-
tur namque communem opinionem esse in-
dubiam, ad non scribendas similes superses-
sorias secundum jura, & quod in Rota, &
Castella introducitur per Apostolicos: Ju-
dices stylus, jure tamen repugnante: quod
locum non habet in hisce Regnis, in quibus
adest in contrarium consuetudo, ubi Jus
Canonicum observari debet, juxta quod
(annuente prædicto Doctore p. 2. cap. 5. n.
109. & 110.) solida est juris opinio, per
verbum Nullatenus, inclusum in §. Sen-
tentias, non admitti huiusmodi affectatam
interpretationem à contrario adductam, sic
insinuante Concil. Trid. sess. 24. cap. 20.
vers. Legati, & sess. 13 de reformat. cap.
3. Sic etiam decernere Sacram Congrega-
tionem, relationem faciente sanctæ memo-
riæ Clemente VIII. testatur Salgad. p. 2.
cap. 1. num. 247. ad fin. Themud. Barbos.
& alij quamplurimi Doctores: dictante
etiam expressione Eminentissimorum Car-
dinalium, eam amplecti debemus, non ve-
rò Rotam nixam in stylo Romano, cui in
his partibus locus non est: præterquam quod
extra terminos quæstionis est; suspensio enim
non operatur progressus, nos attamen in
posterum non processimus: sed id non conti-
netur, nec comprehenditur in suspensione
prædicti interdicti. Quibus omnibus per
nos pervisis, & estimatis manifestè colligi-
tur, Reverendum Auditorem procedere de
facto, & ex abrupto, cum manifesta nulli-
tate in conatu suspensionis interdicti nos-
tri: & tametsi ejus superior ordinarius no-
simus, attamen cum sit Judex Apostolicus,
& procuret exercere jurisdictionem in hoc
Archiepiscopatu, ei adhuc non competentem,
ad nos pertinet cognitio, & declaratio nul-
litatis procedimentorum. Quapropter au-
thoritate ordinaria, quæ hic uitimur, nul-

lam dicimus prædictam chartam Reve-
rendi Auditoris, & prædictum nostrum
interdictum debere servari inviolabiliter.
Et ut à subditis nostis hoc modo intelliga-
tur, mandavimus præsentem scribere per-
figendam per loca publica, & Ecclesiæ hu-
jus Civitatis, unde nullatenus evellatur,
sub prædicta pœna excommunicationis ma-
ioris latæ sententiæ. Data Ulyssipone sub
nostro signo, & sigillo, decimoquarto die
Februarii, anno 1673. Dominicus à Mis-
quita Teyceyra cubiculi Actuarius sub-
scripti. A. Archiepiscopus. Ulyssiponensis.
Sigilli locus. ✕


Sic persistente interdicto, ejusque 16
circumstantijs, populari excessu, ovium
amore, cùm agnosceret Illustrissimus
Dominus Episcopus Capellanus Maior
assidere in aliena dicecesi, in scriptis ma-
nu propria signatis absolutionem cen-
surarum imploravit, petivitque indul-
gentiam perpetrati erroris: quod etiam
magna contentione recommendavit
(cùm jam ordinaria jurisdictione Domini
Archiepiscopi recognita fuisse, & illæ-
sa remaneret) Serenissimus Princeps
Dominus noster Petrus, quem Deus
servet, excitatus zelo, & Christiana pie-
tate, ut suescit, per rescriptum datum
die decimaquarta Cinerum. Ex his ra-
tionibus, & causis Illustrissimus Domi-
nus Archiepiscopus concessit absolutio-
nem interdicti per Literas Pastorales
tenoris sequentis:

Dominus Antonius de Mendoza, Dei. 17
& Apostolicæ Sedis gratiâ Metropolitanus
Archiepiscopus Ulyssiponensis, à Consilio
Status Principis Domini mei, &c. Omni-
bus nostris subditis, Prioribus, Vicariis,
Parochis, Rectoribus hujus Civitatis,
fidelibusque Christianis, quibus hæ nostræ
Literæ Pastorales interdictum absolventes
oblatæ fuerint, salutem, & pacem in æter-
num in Jesu Christo Salvatore nostro, om-
nium remedium, & salus. Certioramus per
nos fuisse divulgata interdicta ab ingressu
Ecclesiæ in personam Domini Episcopi Ca-
pellani Majoris, ac generalia in universam
hanc Civitatem, speciale, & locale in Ec-
clesiæ, Sacellis, Lararijs (immuni Regiæ
Capellæ) quibus de causis & rationibus, de
quibus latissime in prædictis Literis tra-
etavi.

16 Tract. de Competent. inter Archiep. &c.

etavimus. Et quia cessavit causa, ex qua prædictas censuras fulminavimus, & jurisdictionis nostræ Mitræ remanet illæsa, per recognitionem nempe satisfactam; attenentes etiam bonis spiritualibus animarum nostrorum subditorum, ut tenemur, ex his, & aliis rationibus benè ponderatis jussimus scribere Literas ab interdicto absolventes: qua de causa hæc præsens fuit scripta, per quam authoritate ordinaria tollimus, ablatumque dicimus prædictum, interdictū cæterasque censuras per nos impositas. Sic quoque præstamus licentiam Confessoribus per nos approbatis, & quibus fuit concessa potestas ad audiendas detectas animaliæ plagas, ut in foro interno absolvere possint quascunque personas incurrites aliquas juris censuras præfati interdicti causâ. Et ut à Fidelibus sic intelligatur, præcepimus præsentem scribere, ut servetur pro forma in ea contenta, & affigatur in Ecclesijs hujus Civitatis, locisque publicis. Data Ulyssipone, sub nostro signo, & sigillo, decimoquinto die Februarii, anno 1673. Dominicus à Misquita Teyxeyra cubiculi Actuarius subscripti. A. Archiepiscopus Ulyssiponensis. Sigilli locus

Sublatoque interdicto cessavit controversia processionum contrariarum, & justificatæ fuerunt processiones Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi Ulyssiponensis; quod melius ex dicendis apparebit, de quo etiam agemus in libri fine Lusitano idiomate, in quo fuere promulgata edicta, quorum tenor transcribitur Latinis verbis, ut melius ab exteris intelligeretur.



C A P U T II.

De institutione, & origine Ecclesiarum, & Archiepiscopatum, ac Episcopatum Regni Portugalliarum; & quanti sint.

S U M M A R I U M.

1. *Christus qua de causa Apostolos nominavit.*

2. Ecclesiæ fundamenta ubi inceperunt, & num. 3.
4. Ecclesia post mortem Salvatoris ab Apostolis & Discipulis fidem accepit.
5. Ecclesiæ radices in cælo sunt.
6. Ecclesiam per Apostolos rexit Christus.
7. Sanctus Petrus Apostolici ordinis Caput, & fuit Episcopus; & an solùm, & n. 8. 9. 10. & 11.
12. Apostoli omnes parem cum Sancto Petro acceperunt potestatem.
13. An immediate à Christo Episcopalis ordo fuerit institutus.
14. Sola sancti Petri ordinatio fuit perpetua, cæterorum vero temporalis, & omnes Beato Petro Apostolo subjecti fuerunt.
15. Sanctus Petrus Episcopatus divisit, & quomodo, & n. 16. 17. & 18.
19. Apostoli quas potestates acceperint.
20. Presbyteri quando cæperunt Episcopis subjici, & num. 21.
22. Diaœses quando assignatae sunt.
23. Refertur divisio Archiepiscopatum ac Episcopatum Regni.
24. Quare divisio, & distinctio Episcopatum fuerit facta, & num. 25. & 26.

Sumus ille Pontifex Christus Dominus noster, à quo bona cuncta procedunt, reparationi nostræ salutis validè pervigilans, post Incarnationis suæ mysterium, & post suæ vitæ cursum, in quo tot opera ad nostram redemptionem fecit, totque miracula operatus est, duodecim Discipulos elegit, quos & Apostolos nominavit, quibus gregem ad spiritualiter pascendum traderet, quibus etiam mediantibus Ecclesiam suam sponsam, pulchram, & speciosam plantaret, illisque Spiritu Sancto repletis plenitudinem gratiæ donavit, non solùm ut sibi proficerent, sed etiam ut suum gregem tuendum, & conservandum curarent, & in Sanctæ Ecclesiæ ovile omnium animos, & mentes per totum mundum aberrantes introducerent in unitate fidei, & in unitate Ecclesiæ, teste Cypriano Carthag. lib. 4. Epist. 2. quæ est ad Antoniam, non longè à fine. Et cùm sit à Christo una Ecclesia per totum

totum mundum in multa membra divisa; ita Episcopatus unus est Episcoporum omnium concordi numerositate diffusus, cap. *Novatianus*, de summa Trinitate, cap. *Loquitur*, 24. quæst. 1. Loter de re beneficiar. lib. 1. cap. 10. num. 5. Tusc. lit. E, conclus. 3. n. 8. de quo vide plures apud Burfat. *conf.* 125. n. 52. & Corona de potest. *Episcop. tract.* 2. cap. 1. & seqq. Villarocl. *tract.* *Governo Ecclesiast. y pacific.* p. 1. art. 1. & 2. August. Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 1.

2 Fundamentum Ecclesiæ, ejusque origo ab initio humani generis, & ab ipsa constitutione mundi fuit, ex sententia Orig. Adamantij tom. 2. in *Cant.* qui non solum observat hanc antiquitatem, verum etiam altius mysterij hujus originem repetit ante constitutionem mundi, ad *Ephes.* 1. ibi: *Sicut elegit in Christo ante constitutionem mundi, ut essemus sancti, & immaculati coram ipso in charitate, prædestinans nos in adoptionem filiorum.* Quibus etiam additur illud Psalm. 13. *Memento congregations tuæ, quam possedisti ab initio.* Itaque alij ab Angelis, alij ab initio plasmationis Adæ, alij ab Apostolis ejus originem hauriunt. Qua ratione Sanctus Bernardus super *Cantic.* cap. 27. dicit, quod cum haberet Deus sponsam inhærentem sibi à principio multitudinem Angelorum, placuit ex hominibus convocare Ecclesiæ, atque uniri illi quæ de Cælo est, ut sit una sponsa, & unus sponsus: & ab eo principium ducere Militantem Ecclesiæ post D. Bernardum, & alios tenet Isidorus Mosconus de *majestat.* *Militant.* *Eccl. in prælud. fol. 4. versic. Origo autem.* Quod ad concordiam potest reduci juxta Ecclesiæ ætates, de quibus eruditè Rodulphus Cuperf. in *rep. text. in Can. Oportebat*, & sequitur textus ibi: *Ecclesia, art. 3. Ecclesiæ connumerantur ætates, per totum fol. 116.*

3 Ex ijs etiam prima Ecclesiæ fundamenta fuere statim ab initio posita, unde Apostolus dicit: *Non solum Apostolorum, & Prophetarum.* Primus enim ex his Prophetis fuit Adam, noster primus parens, qui magnum mysterium prophetans in Christo, & in Ecclesia, dicit Pars I.

Genes. 2. cap. Propter hanc relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Quod de Christo, & Ecclesia intelligendum esse notavit Orig. loco superiorius citato. Licet verius credam ab Abel originem sumpsiisse Ecclesiam illam, juxta Divi Gregorij mentem apud Matthæum, nam cum ipse fuerit primus, qui obtulit sacrificia, ait Gregor. *Habet vineam universalem, scilicet Ecclesiam, quæ ab Abel justo usque ad ultimum electum, qui in fine mundi venturus est, quot Sanctos protulit, quasi tot palmites misit.* Cui Divus Augustinus ad stipulatur super *Psalm. 36.* dicens ex ea ratione, quia Abel fuit Martyr; & congruit fundamento Ecclesiæ, quæ in sanguine justi consecratur, de quo vide plura apud Mosco suprà, & Frances de *Eccles. Cathed.* cap. 1. qui ita refert n. 4.

Post mortem Salvatoris nostri Ecclesia per universum orbem terrarum usque in ultimos fines dispersa ab Apostolis, & eorum discipulis fidem accepit, ex Epiphanio, & Cyprian. lib. 1. cont. *hæreses*, tom. 2. *hæresi 21. contra Valentianinos.*

Hujus autem Ecclesiæ radices in Cælo esse, nemo est qui nesciat, ex D. Ioan. Chrysost. *hom. 4. de ver. Eccles.* quas in unitate fidei consistere certissimum est, ut traditur in Conc. gener. Later. sub Innoc. III. cap. 1. & Concil. Senonensi sub Anton. à Prato.

Ecclesiam vero, ut diximus, per suos Apostolos regendam curavit Christus Dominus; ideoque Episcopos posuit, ex Paul. ad *Ephes.* 4. & 1. ad *Cor.* cap. 12. dicente, *Posuisse Christum in Ecclesia Pastores, idest Episcopos.* Et *Aet. 20.* ibi: *Posuit vos Spiritus Sanctus Episcopos regere Ecclesiam.* Card. Bellarm. lib. 4. de *Rom. Pont.* cap. 2. *Suar. tom. 4. de pœnit. p. 2. disp. 25. sect. 1. à num. 6. & 7. & tradunt DD. cum de Ordine pertractant, teste Suar. ubi proximè, n. 4. optimè Villarocl. ubi suprà, art. 1.*

Ex Apostolis vero Petrum ad Ecclesiasticam gubernationem, & Monarchiæ Evangelicæ perfectionem caput instituit, & Principem effecit: nam illi

18 Tract. de Compet. inter Archiep. &c.

soli dictum est: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.*
 Ob quam rationem existimavit Lance-lottus Conradus *in templo omnium Iudicium, lib. 2. cap. 5. num. 3.* quod 10 ius
 Petrus fuit factus Episcopus à Christo
 ante Ascensionem; & Petrum solum
 creasse Episcopum Ioannem, deinde Pe-
 trum cum Ioanne jam Episcopo conse-
 crato. Iacobum Zebedei Episcopum
 constituisse: de quo est textus *in cap. Porro, 66. distinct.* cui addendus est latè
 Rodulphus Cuperf. *in repet. text. in can. Oportebat, 79. dist. §. Sequitur textus ibi: Presbyteris, art. 1. Differentia etiam in primis Ecclesia fuit inter Episcopos, & Presbyteros, fol. 260. per totum, & art. 5. de origine jurisdictionis quâ Episcopi funguntur, num. 29. fol. 279. latè Dian. resol. mor. p. 12. tract. 1. resol. 80. Promis-
 sio autem illa à Domino ante passionem*
 Petro facta per dicta verba: *Tu es Pe-
 trus, & super, &c. post resurrectionem
 robur accepit, dicente ipso: Pasce oves
 meas, cap. Fidelior, cap. Considerandum,
 5. dist. in can. In novo, 21. dist. & videre
 est per ea, quæ tradit Cuperf. statim ci-
 tandis, num. 12. & 13. omissis pluribus,
 quæ congerit Alcedo contrarium sen-
 tiens in prax. de præcellent. Episc. dignit.
 cap. 1. ubi curiosè excogitat, & plures
 rationes adducit, quare Christus Do-
 minus per se, non per Apostolos suos
 dum viveret, Ecclesiam gubernaverit.
 Michael de Aninon. & Blas. Navar. quos
 sequitur Dion. Pau. *de vera quatuor Se-
 dium Patriarchi erectione, cap. 17. num.
 29. Barb. in collect. ad text. in cap. In no-
 vo, 21. distinct. num. fin.* de quo vide do-
 ctimissime Rodulphum Cuperf. *in repet. in
 cap. Oportebat. §. Sequitur textus ibi, verb.
 Petri, art. 3. per totum, de tempore, quo
 Petrus Pontificatum suscepit, fol. 132.**

12 Et licet sanctos omnes Apostolos à Christo Domino Episcopos esse ordi-
 natos valde controversum sit (de quo latè Diana de resolut. 80.) & parem cum
 Petro accepisse potestatem, ex Math.
 ultimo cap. ibi: *Data est mihi omnis pote-
 stas in cælo & in terra. Euntes ergo doce-
 te omnes gentes.* Marc. etiam cap. ultim.
 ibi: *Euntes in universum mundum, & im-*

mediatè ab eo accepisse potestatem, cap.
*In novo 21. dist. & conitat ex traditis à Card. Bellarm. ae Rom. Pont. cap. 23. jun-
 cto Victoria relict. 2 sect. 2. q. 2. num. 9. Loter. de re beneficiar. lib. 1. cap. 10. num.
 5. contra Turrecrem. lib. 2. de potest. Ec-
 clef. cap. 54. Iacobat. de Conc. lib. 10. art.
 7. Bárbof. in Pastor. iii. 1. quasi per totū,
 & præcipue num. 33. & in collect. ad text.
 in d. cap. In novo: non tamen satis con-
 stat quando Episcopalis ordo à Christo
 Domino institutus fuerit: de quo vide
 plura apud Dianam d.p. 12. tract. 1. resol.
 80.*

Tamen sola Petri ordinatio fuit pe- 14
 rennis; ceterorum vero quater us fuit
 universalis, remansit temporaria, & om-
 nes B. Petro Apostolo subjecti erant, &
 eorum jurisdictione Petri auctoritati sub-
 ordinata, ut nullis explicat Victoria d.
 sect. 2. à num. 10. & probat textus in d.
 can. In novo, 21. distinct. ibi: *Ilsimque
 Principem esse voluerunt, ut notavit Bar-
 bos. ibi num. 2. Cuperf. d. art. 4. num. 36.
 fol. 140. latè Gutierrez canon. question.
 lib. 1. cap. 27. ex num. 10. & de hoc pun-
 cto ita senserunt Patres Concilij Tri-
 dentini: de quo latè videndus Sfortia
 Palavicinus in historia Concilij Tridentini,
 lib. 3. cap. 7. quem omnino videas. Idem- 15
 que B. Petrus Episcopatus divisit, eoque
 distribuit: quod quomodo fecisset, &
 quibus donasset, tradit Bozius design. Ec-
 clef. sign. 6 in princip. fol. 122. n. 1. impre-
 ssione; immo etiam Cathedralium Eccle-
 siarum divisionem de tempore Tertul-
 liani refert sign. 80. cap 4. fol. 245. Quod 16
 devoluntate acceptante superioritatem
 & potestatem à Christo domino B. Pe-
 tro delegatam, non vero de voluntate
 antecedente seu causante intelligendum
 est, ne in errorem incidamus, ex latè
 traditis à Turrecrem. de potest. Eccl. lib.
 2. cap. 40. Videndus Barbos. in collect. ad
 text. in can. Sacrosancta dist. 22. ex num.
 2. Itaque licet illis decedentibus in ipso- 17
 rum locum remanserint Episcopi, juxta
 illud Psalmi 44. *Pro patribus tuis nati
 sunt tibi filii;* & refertur in d can. In novo;
 tamen non successerunt universaliter,
 prout illi fuerant constituti; sed parti-
 culares singulis attributæ erant Civita-
 tes,*

tes, & Diœceses per ipsum Petrum, ut eleganter obseruat Suar. de defens. fidei Cathol. lib. 4 cap. 10. num. 6. nisi dicas 18 parem potestatem habuisse omnes in ordine, & dignitate consecrationis, non verò in administrationis plenitudine, ex textu sic interpretando in cap. Loquitur, 24. quæst. 1. Cuperf. §. Sequitur modo textus ibi, in hujus distinctionis, &c. in art. 3. num. 3. fol. 190.

19. Duas ergo potestates acceperunt Apostoli, ordinariam unam, in singulis provinciis sibi demandatis; extraordinariam aliam in universum orbem, quā non exercuerunt nisi mandato & licentia Petri. Bozius sign. 80. cap. 2. vers. Præterea. In prima successerunt Episcopi, juxta textum in cap. Quorum vices, 68. distinct. In secunda verò minimè. Optimè Cano de locis Theologicis lib. 6. cap. ult. ad finem: ad idem Barb. in collect. ad text. in d. cap. In novo, num. 4. Et circa hanc materiam latissimè, & doctissimè Abbas quæst. 1 num 9. post med. cum seqq. & de eadem videndus latissimè Rodulphus Cuperf. d. art. 5. de orig. urisdic. quā Episcopi funguntur, per totum, fol. 273. præcipue ex num. 31. cum seqq. videndus etiam omnino Gutierrez Canonic. quæstion. lib. 1. cap. 27. ex num. 10. eleganter Prosper Fagn. in cap. Requisivit, de ordin. 20 ab Episcop. pag. 204. & 205.

Crescente autem numero fidelium Ecclesiæ per primorum divini verbi factorum prædicationem, ortum fuit schisma, de quo meminit Apostol. ad Corinth. 1. dicentium: *Ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ, ego autem Christi.* Ex quo factum est, ut singulis Ecclesiis Episcopi designarentur, quibus cura, & regimen gregis dominici deputaretur, ex textu in Clem. Dudum, de sepultur. 21 quibus etiam Presbyteri subjicerentur: antiquitus enim, idest in ipsis Catholicæ Ecclesiæ primordiis, idem erat Presbyter, qui, & Episcopus, can. Legimus, 93, dist. can. Olim, 65. dist. cap. 1. vers. Presbyter, dist. 21. & cum alijs tradit Petr. Gregor. syntagm. jur lib. 15. cap. 12. num. 1. Card. Tusch. lit. E, d. conclus. 3. num. 10. Loter. de re beneficiar. lib. 1. quæst. 9. num. 76. At verò postquam diaboli inflinxerunt Pars I.

studia in Religione facta fuerunt dicentium: *Ego sum Pauli, &c. id est,* postquam eos, quos unusquisque baptizabat, suos esse putabat, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de Presbyteris electus superponeretur cæteris, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret, ut schismatum semina tollerentur, ut optimè his verbis notavit S. Hieron. cap. 1. epist. ad Titum, relatus Gratiano in d. canone Olim, 95. dist. ubi Archidiacon. Burfat. conf. 126. num. 1. & ita tradit Frances de Eccles. Cathedralib. cap. 1.

Moxque Diœceses assignatae fuerunt, prout notanter tradunt Abbas in cap. ult. num. 10. de confirm. utili. Petr. Gregor. syntagm. iur, lib. 16 cap. 12. num. 1. Loter. de re beneficiar. lib. 1. cap. 10 num. 6. Baron. ann. Domini 58. num. 4. & seqq. & his non consideratis alia de materia tradit Girond. de Episcopat. rat. lib. 1. cap. 1. ubi de nomine *Episcopus*:

Hinc etiam non statim atque unus 23 Presbyter in Episcopum fuit assumptus, cuique Ecclesiæ, & Diœceses assignatae fuerunt; sed successu temporis, postquam Fidelium numerus cœpit propagari, primùm factæ sunt Ecclesiæ sub Curionibus, & aliæ sub Abbtibus, ex hisque facti Episcopatus, ex pluribus traditis à Petr. Gregor. d. lib. 15. cap. 12. ex num. 2. cum seqq. ubi latè de institutio- ne diverorum Episcopatum, & Diœ- cescum divisione pertractat; & cum multis Barb. de potest. Episcop. tit. 7. cap. 1. & 2. & Frances de Eccles. Cathedralib. cap. 35. pag. 641. & pag. 629. & seqq. ubi omnes mundi Episcopatus, & Archiepiscopatus enumerat, & multa refert de materia; & in Regno Portugalliae di- viduntur Archiepiscopatus, & Episco- patus in varias classes, scilicet Archi- episcopatus Bracharensis,

Hispaniarum Primas.

Braga.

Olim in divisione Ecclesiarum His- paniae de tempore Magni Constantini, Bracharensis Ecclesia in Metropolita- nam erecta fuit, ut habetur in historia

generali Hispaniae , p. 1. cap. 143. ver. A los treinta años: Moreno de Vargas *in histor. Emeruenſi*, lib. 2. cap. 11. Illustr. D. Rod. à Cunha *in histor. Ecclesiast. Archiepisc. Bracharenſi*. p. 1. cap. 8. num. 2. ubi num. 3. refert in illa divisione assignatos fuſſe in ſuffraganeos Asturicenſem, Tudensem, Lucensem, Conimbricenſem, & Iſtriæ, & Flaviæ, Poritonienſem, aliàs Ovetenſem; Vicenſem, Lamacenſem, Egitanenſem, & Aurienſem Epifcopos: poſtea verò regnante Theodo- miro in Concilio Lucensi de anno 569. ſolūm ſex Ecclesiæ in ſuffraganeas Bracharenſis assignatae fuerunt, videlicet Conimbricenſis, Vicenſis, Lamacenſis, Egitanenſis, Portugalenſis, & Dumensis. Deinde varietate temporum nonnunquam immutati fuerunt hujusmodi ſuffraganei, qui modò ſunt qui ſequuntur, ex eodem D. à Cunha *in d. histor. p. 1. cap. 57. num. 2.*

Epifcopatus ſuffraganei.

Portugalenſis.	<i>Porto.</i>
Vicenſis.	<i>Vifeu.</i>
Conimbricensis.	<i>Coimbra.</i>
Mirandensis.	<i>Miranda.</i>

A Paulo III. conſtitutus de anno 1545. Regnante in Portugallia Ioanne III. ut refert Illustrissim. D. à Cunha *d. p. 2. cap. 79. num. 5.*

Archiepifcopatus Ulisbonenſis.

Lisboa.

A Bonifacio IX. ad Archiepifcopalem dignitatem evectus regnante Ioanne primo Portugalliae Rege, de anno 1390. ut refert Illustr. D. Rod. à Cunha *in histor. Eccles. Archiep. Brachar. part. 2. cap. 57. n. 6.* afferens tunc in ſuffraganeos ei fuſſe assignatos Eborenſem, Egitanenſem, & Lamecenſem Epifcopatus: nam priùs Emeritenſi, deinde Bracharenſi Metropolitanis, dum eſſet Epifcopatus, ſuffraganeus extitit, ut per eundem D. Rod. à Cunha *in hist. Eccles. Epifcop. Portuaglienſum*, cap. 23. pag. 218.

Modo ſuffraganei ſunt qui ſequuntur:

Epifcopatus ſuffraganei.

Egitanenſis.	<i>Guarda.</i>
Lamecenſis.	<i>Lamego.</i>
Leriensis.	<i>Leiria.</i>
Portalegrenſis.	<i>Portalegre.</i>
Ceptensis	<i>Ceuta.</i>

In Berberia erector ab Eugenio IV. ſed exemptus, & immediate ſubjectus Sedi Apolloniacæ, poſtmodum per Sixtum IV. de anno 1475. fuīt in ſuffraganeum Bracharenſi Ecclesiæ designatus, ut refert Illustr. Dom. à Cunha *in histor. Ecclesiast. Archiep. Brachar. cap. 59. num. 7. & 9.* Denique Ulysbonenſi Metropolitanæ designatus ſuffraganeus reperitur.

Funchalensis.	<i>Funchal.</i>
---------------	-----------------

In Insula Materiæ.

Angrenſis.	<i>Angra.</i>
------------	---------------

In Insula Tertia.

Cogensis.	<i>Congo.</i>
-----------	---------------

In Æthiopia.

Capitis Viridis.	<i>Cabo Verde.</i>
------------------	--------------------

Ineadem, & Civitate S. Iacobi.

S. Thomæ.	<i>S. Thomè.</i>
-----------	------------------

In Guineâ.

Brasiliensis.	<i>Brasil.</i>
---------------	----------------

In Civitate, quæ dicitur Bahia de todos os Sanctos.

Archiepifcopatus Elborensis.

Evora.

Ex Epifcopali ad Archiepifcopalem dignitatē evectus à Paulo III. instantē Henrico Cardinali, priuilegio Archiepifcopo, ut refert Illustr. D. à Cunha *in histor. Eccles. Archiep. Brachar. part. 2. cap. 26. n. 75. in princip.*

Epifcopatus ſuffraganei.

Silvensis, ſive)	
Faronetisſis.)	<i>Faro.</i>

Hic Epifcopatus olim erat in Civitate Sylvensi, deinde ab ea ob intemperiem

riem aeris ad Civitatem Faronensem translatus fuit tempore Episcopi D. Alphonsi de Castello Branco: modò dicitur Faronensis, & aliquando Algarbiensis à Regno denominatur, ut refert Illust. D. Acunha *in hist. Ecclesiast. Archiep. Brachar. p. 2. cap. 61. n. 6.*

Tingitanus. *Tanger.*

Hic Episcopatus licet sit Elborensi Archiepiscopo suffraganeus, attamen Ceptensi sub Ulyssbonensi unitus est, & sic Ceptensis, & Tingitanus ab uno tūm reguntur Episcopo.

Elvensis. *Elvas.*

In Episcopalem fuit erectus à Pio V. regnante Sebastiano Portugalliae Rege, ut refert Illust. D. Rod. à Cunha *hist. Archiep. Brachar. p. 2. cap. 106. n. 9.* Constitutione incipiente, *Super cunctos, 5. idus Junij 1575.*

In India Orientali.

Archiepiscopatus Goensis, Indiarum Primas institutus à Paulo III.

Goa.

Episcopatus suffraganei.

Coccinensis. *Cochim.*

Malaccensis. *Malaca.*

Sinensis, seu)

Machicensis.) *China.*

Sic etiam dictus, quia habet sedem in Civitate Machao.

Iaponensis. *Japaō.*

Institutus à Sixto V. & habet sedem in Civitate Nangafachi.

Malahanensis. *Malaham.*

In Regno de Malaos.

Meliaporensis. *Meliapor.*

S.Thomæ. *S.Thomè.*

Archiepiscopatus Angamalensis.

Angama.

Institutus fuit à Paulo V. de anno 1607. & alio nomine Granganorensis appellatur, vulgo *Graganor*; & aliquando ejus Archiepiscopatus denominatur Archiepiscopatus Christianorum San-

cti Thomæ, cui in suffraganeos designari debebunt Episcopi, qui in illis partibus venturā tempestate instituendi erunt: ita testatur etiam *Frances de Eccles. Cathedral. cap. 35. pag. 641. & pag. 629. & seqq.* agit de omnibus Archiepiscopatibus, & Episcopatibus totius orbis, de quibus etiam *Barbosa in Pastorali, tit. 2. cap. 7. sub tit. Episcopatum omnium totius orbis*; quem sequutus fuit Pyrrhus Corrad. *in praxe. dispensation. Apostol. post regulas Cancellar. pag. 685. sub tit. Episcopatum omnium totius orbis.* Albertus Miraeus *in Geographia Ecclesiast. impressa annis 1620.* & ultra hos Episcopatus sunt in Regno Portugalliae Illusterrimus Ludovicus à Soufa Capellanus Major Episcopus Hippomensis, vulgo *da Cidade de Bona*, in qua fuit Episcopus Divus Augustinus: Episcopus Targinis, vulgo *de Targa*, Episcopus etiam Aulicus, vulgo *Cortesão*, qui est nobilissimus, & doctissimus D. Frei Luis de Sylva, Sanctæ Trinitatis Religiosus: Episcopus etiam *de Martiria*, qui est Reverendissimus, nobilissimus ac doctissimus D. Frei Christoval de Almeida, Lector Iubilatus Ordinis Divi Augustini, & Senator Senatus Ecclesiastici.

Quæ distinctio, & divisio Episcopatum, seu Archiepiscopatum fuit facta, ne ordo Ecclesiasticus confundetur, & unicuique gregi Pastores attribuerentur. Concil. Trid. sess. 14. de reformat. cap. 9. ea ratione, quia Episcopus & Episcopatus erat unus, & subditi non erant distincti, donec fuerunt distinctæ Dioeceses, Provinciæ, & Parochiæ, ex quo magna confusio oriebatur; & ut evitaretur, facta fuit divisio per varios orbis Episcopatus, ut notatur *in cap. Ecclesia 13. quæst. 1. & latè probant Abbas in quæst. 1. num. 9. vers. Secundo præmitto. Tusch. lu. E, conclus. 3. num. 10.*

Et Episcopatus tempore Apostolorum divisi fuerunt, ut Lucius Papa testatur *cap. 180. distinet. Ecclesiarum vero divisiones Dionysius Papa epistola 2. ordinavit, cap. Ecclesiæ, 13. quæst. 1. Barbosa de potest. Parochi, cap. 1. num. 18. Hieronym. de Monte de finib. regundor. cap. 12. num. 4.*

Distin-

26 Distinctionem verò provinciarum, & Episcopatum sanctus Anacletus Papa, & invenit, statuit, & decrevit, ut latissime fundat agens de divisione Episcopatum, & Archiepiscopatum Frances de Ecclesis *Cathedralib. cap. 2. num. 127.* & seqq. ubi omnes allegat in materia, & est omnino videndus: & num. 3. & seqq. agit de primis ædificantibus Ecclesiis, Episcopatus, & Archiepiscopatus: & Gironda de *Episcopat. ratione lib. 1. cap. 2. de divisione Episcopatus*, ubi multa refert; & *cap. 3. quid sit Episcopatus: & eleganter Barb of. de potest. Episcop. tit. 1. c. 6. de Episcopalium graduū divisione.*

Supposita institutione Ecclesiae, se-
27 quitur de necessitate Episcoporum, ac
Archiepiscoporum in Ecclesia agendū
esse, & videndum restat de eorum ne-
cessitate, & de his, quæ impediunt, aut
irritant electionem, aut nominationem;
vel saltem quæ animadvertenda sunt in
ipsa electione, aut nominatione Archie-
piscopi, aut Episcopi facienda; quia ut
cumpetentia formetor, prius debet con-
stare competentiam formantem habere
capacitatem electionis, nominationis, &
dignitatis, confirmationisque, ut per il-
lam factus Archiepiscopus, aut Episco-
pus possit ut dignitatis possessor com-
petentiam formare in jurisdictionis de-
fensionem.

dum de Archiepiscopi , aut Episcopi
in quolibet Archiepiscopatu neceſſitate, de qua , & de materia , & ad
quem finem instituti ſint, videndi ſunt
eleganter exornantes Ludovic. Cello-
tius *in tract. de hierarchia & hierarchis,*
lib. 4. cap. 18. de Episcopi in qualibet Ec-
clesia particulari neceſſitate. Cum mu-
ltis eleganter exornat Frances *de Eccles.*
Cathedralib. cap. 1. num. 30. & seqq. &
cap. 2. per tot. latiffimè Barbos. de potest.
Episcopi per tot. & Gironda de Episcopat.
ratione lib. 1. cap. 1. de Episcopatus na-
tura & neceſſitate, & cap. 5. ubi etiam an
Episcopatus in Ecclesia Dei ſit neceſſa-
rius , & ibi eleganter probat varijs au-
thoritatibus , & rationibus : & Corona
de potest. Episcop. tit. 2. cap. 1. August. Bar-
bos. de potest. Episcop. alleg. 1. Villaroel.
Gobierno Ecclesiastico y pacifico, p. 1. art. 1.

C A P U T IV.

De qualitatibus eorum , qui eligendi sunt ad Archiepiscopi, aut Episcopi dignitatem: & qui eligi possint, vel non?

SUMMARIUM.

- 1 De multis, quæ in electione Archiepiscopi, aut Episcopi desiderantur.
 - 2 Qui Episcopi inviti electi fuerunt.
 - 3 De vita & moribus Episcoporum.
 - 4 Ut aliquis ordinetur in Episcopum, non debet esse bigamus.
 - 5 Qualis debeat esse Episcopus in sua mensa.
 - 6 Quæ prudentia requiratur in Archiepiscopo, aut Episcopo ad bene regendum.
 - 7 Archiepiscopus aut Episcopus debet esse ornatus in moribus.
 - 8 Castitas, & pudicitia requiritur in Archiepiscopo, aut Episcopo.
 - 9 Domus Episcopi debet esse commune fidelium hospitium.
 - 10 Archiepiscopus, aut Episcopus debet esse Doctor, & doctus.

IC Ognita sic in primo capite origine, institutione, & divisione Ecclesiarum, Archiepiscopatum, ac etiam Episcopatum, sequitur dicen-

11. Archiepiscopus aut Episcopus non debet esse vniuersitatis.
12. Qualiter & quomodo Episcopus se debeat habere in correctione, & punitione erga subditos.
13. Archiepiscopus aut Episcopus debet esse modestus, & humilis.
14. Archiepiscopus aut Episcopus debet se a litibus abstinere.
15. Archiepiscopus, aut Episcopus non debet esse cupidus, nec avarus, nec superbus.
16. Archiepiscopus aut Episcopus debet suam domum diligenter gubernare, & esse solitus ad orationem; & quos familiares habere debeat Ecclesiasticos, an Sæculares.
17. Quæ puritas sanguinis requiratur ad Ordines.

DE multis quæ in electione Archiepiscopi aut Episcopi desiderantur, loquitur Apostolus ad Timot. 1. 3. ubi sic scribit: *Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse; unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum; non litigiosum, non cupidum, sed suæ domus bene præpositum, filios habentem subditos cum castitate. Si quis autem dominis præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Non neophytum, ne in superbiam elatus in judicium incidat diaboli. Latè Corona aignit. Episcop. tract. 1. cap. 1. & seqq. & cap. 2. Villaruel. Govierno Ecclesiastico y pacifico, p. 1. art. 1. & 2.*

2. Quæ verba refert August. Barbos. de potest. Episcop. 1. part. tit. 2. ubi eleganter exornat gloss. 1. verba illa: *Si quis Episcopatum desiderat; & ibi refert multa exempla Archiepiscorum, & Episcoporum, qui fuerunt inviti ad suscipiendum, & acceptandum Archiepiscopatum, & Episcopatum compulsi: & gloss. 2. agit de verbis illis, bonum opus desiderat; ex quibus deducit meritum, & onus munieris Archiepiscopal, & Episcopalis, & eleganter exornat, & pertradlat.*

3. Idem Barbos. gloss. 3. agit de illis ver-

bis, oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse. Ex quibus deducit exemplum Episcopi in vita & moribus: de quo exemplo nos etiam diximus tom. 1. in commentar. ad ord. tit. 1. gloss. 34. ubi multa diximus, & multos DD. ultra quos refert Barbos. allegavimus: & vide Corona, & Villaroel, suprà.

Idem Barbos. glossa 4. agit de verbis illis, *uniu. uxoris virum*; ex quibus deducit, quod ut aliquis ordinetur in Episcopum, non debet esse bigamus; nec conjugatus: & ibi multos refert.

Idem Barbos. glos. 5. agit de verbis illis, *sobrium*; ex quibus deducit, quod parcitatis virtus pulcherrima est inter Episcoporum ornamenta; & ibi agit, quæ debeat manducare, & bibere Episcopus, & qualis debeat esse ejus mensa; & quæ in illa escæ sint adducendæ, num. 12. & seqq. ubi refert multa exempla circa hoc.

Idem Barbos. gloss. 6. agit de verbis illis, *prudentem*, ex quibus deducit, quæ prudentia requiratur in Archiepiscopo, & Episcopo ad bene gubernandum; & eleganter exornat, & ultra quæ ibi refert, multa etiam nos allegavimus tom. 1. ad ord. tit. 1. gloss. 8. per tot.

Idem Barbos. gloss. 7. agit de verbis, *ornatum*; ex quibus deducit, quod non solum Archiepiscopus, sed Episcopus debet esse ornatus in moribus, quæ consistunt in virtutibus, & vitæ sanctimonia; ac etiam in exterioribus, quæ consistunt in quatuor, videlicet cibo, & potu, incessu, & habitu: & ibi agit de omnibus eleganter, ut solet in specie, & refert multa iura, exempla, & DD.

Idem Barbos. gloss 8. agit de verbis illis, *pudicum*; ex quibus deducit, quod in Archiepiscopo, & Episcopo requiritur castitas, & pudicitia: & ibi multa iura, DD. & exempla refert, & ultra quos ibi allegat, est videndus elegantissime de hac materia variis iuribus, & authoritatibus Valescus de Indice perfecto, rubric. 1. annot. 2. & 3.

Idem Barbos. gloss. 9. agit de verbis illis, *hospitalem*; ex quibus deducit, quod dominus Episcopi debet esse commune fideliū hospitium: & ibi multas au-

uthoritates, iura, & DD. refert, & est omnino videndus, quia eleganter exornat; & ultra quæ tradit, & optimè, & eruditè pertractat, latissimè Frances de *Ecclesiis Cathedralib. cap. 27. per tot.* ubi ad varias quæstiones nihil intactum relinquit.

¹⁰ Idem Barbos. *gloss. 10.* agit de verbis illis, *Doctorem;* ex quibus deducit, quod Archiepiscopus, aut Episcopus debet esse Doctor, & doctus, & omnium sacerarum interpretationum, atque factorum scientia debet esse præditus, & Scripturas sacras, & Canones scire, quia Mitra Episcopi utr. usque Testamenti scientiam designat, quæ requiritur in Episcopo, ut ibi eleganter exornat; & ultra quos refert, alios allegavimus *tom. 1. in commentar. ad ord. tit. 1. gloss. 10.* de qua re etiam Velascus de *Judice perfecto, rubric. 15. annot. 1.* & idem Barbos. *de potest. Episcop. tom. 2. alleg. 1. n. 31.*

¹¹ Idem Barbos. *gloss. 11.* agit de verbis illis, *non violentum;* ex quibus deducit, quod Archiepiscopus aut Episcopus non debet esse violentus, & quare, & ibi multa jura, authoritates DD. aut exempla refert, & ostendit quām detestabile sit vitium ebrietatis: de qua re etiam Velascus de *Judice perfecto, rubric. 15. annot. fin. num. 28.*

¹² Idem Barbos. *gloss. 12.* agit de verbis illis, *non percussorem;* ex quibus deducit, qualiter, & quomodo se debeat habere in correctione, & punitione erga subditos. Latè Velascus in *cap. 1. de offic. Ord. p. 1. per tot.*

¹³ Idem Barbos. *gloss. 13.* agit de verbis illis, *sed modestum;* ex quibus deducit, quod Archiepiscopus, aut Episcopus debet esse modestus, & humilis.

¹⁴ Idem Barbos. *gloss. 14.* agit de verbis illis, *non litigiosum;* ex quibus deducit, quod Archiepiscopus, aut Episcopus debet se à litibus abstinere, quia ex illis plura mala oriuntur, de quibus nos latè egimus, ultra quæ refert Barbos. *in commentar. ad ord. tom. 1. ad proœm. gloss. 57.*

¹⁵ Idem Barbos. *gloss. 15.* agit de verbis illis, *non cupidum,* ex quibus deducit, quod Archiepiscopus, aut Episcopus non debet esse cupidus, nec avarus, nec

superbus, & quare: de qua re nos aliqua diximus *tom. 1. in commentar. ad ord. tit. 1. in princip. gloss. 20.* & multa refert Velascus de *Judic. perfecto rubric. 1. annot. 3. §. 3. n. 18. & rubric. 9. annot. 1. num. 1.* ubi de avaritia: & *rubric. 1. annot. 3. §. 5. num. 1.* ubi de cupiditate, & melius *rubric. 4. annot. unic.* ubi agit de superbiae exclusione, & multas authoritates sacræ Paginæ & SS. PP. & Poetarum, & Doctorum refert.

Idem Barbos. *gloss. 16.* agit de verbis illis, *suæ domui bene præpositum;* ex quibus deducit, quod Archiepiscopus, aut Episcopus debet suam domum diligenter gubernare, & esse solitus ad orationem, & quos familiares habere debeat, Ecclesiasticos, an sæculares.

Idem Barbos. *gloss. 17.* agit de verbis illis, *non neophytum;* ex quibus deducit, quod neophytus ad Episcopatum non est promovendus, nec ad Ordines sacros, nec ad beneficia, & quare; & de exclusione neophyti, & impuro: de qua re ultra quæ Barbos. nos multa diximus *tom. 1. ad ord. tit. 1. gloss. 6.* & est videntur elegantissimè Scobar de *puritate, & nobilitate probanda, quæst. 4. §. 2. per tot. & quæst. 3. §. 2.* Valenz. *conf. 90. & conf. 166. & 167.* Paz de *tenut. cap. 42. ad statuta de sanguinis puritate:* eleganter exornat, & eruditè pertractat noviter Scano in *propugnaculo sacræ Religionis Militaris, discept. 3. cap. 2.* ubi omnes, qui in materia scripserunt allegat, quia nihil intentum relinquit in hac materia; & nos latè dicemus *infra cap. 6.*

Quæ quidem qualitates requisitæ in Archiepiscopo, aut Episcopo sequentibus verbis continentur, relatis per Hostiens. *in Sum.* & per Illustriss. D. Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. Omnes 6. n. 2. dist. 38.*

Primum præcipitur quod sit sine criminie Præfus:

Monagamus, sobrius, prudens, ornatus, & hospes:

Casta docens, non percussor, non litigiosus:

Non cupidus, benè dispositus, non neophytusve.

Talis Apostolica quod præsit regula iusfit.

¶ 2. de Regn. 2. cap. 2. num. 2. & 3. cap. 2. num. 3. & 4. cap. 2. num. 4.

C A P U T V.

Utrum exteri, & non Regni originarij possint ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus dignitatem eligi, aut nominari?

SUMMARIUM.

- 1 **Quamvis ex quocunque loco, & natione sint Episcopi eligendi; attamen exteri, & non Regni naturales non debent eligi ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus munus, & num. 2.**
- 2 **Speciales dantur prohibiciones in singulis Regnis, ne exteris Episcopatus, aut beneficia conferantur, ut in omnibus Regnis, & in nostro Lusitano: & n. seqq.**

1 **Q**uemvis ex quocunque loco, & natione sint Episcopi eligendi, ubi alias reperiantur idonei, ut tenet Soto de iustitia lib. 3 q. 6. art. 2. Navarr. de restit. lib. 2. cap. 2. num. 165. & seqq. cum multis Petr. Gregor. lib. 4. de Rep. cap. 4. num. 17. ex illo Marci 6. *Nemo propheta in patria sua.*

2 Attamen contrarium est verius; exteri namque, & non Regni naturales non possunt, nec debent ad Archiepiscopatus, aut Episcopatus munus eligi, nec etiam ad beneficium, aut dignitatem Ecclesiasticam, ut est textus in cap. Obitum, cap. Nullus, dist. 61. cap. Neminem, dist. 70. cap. Hortatur, dist. 71. cap. Aphros, dist. 98. optimus text. in cap. Bonae 2. vers. Intelleximus, de postulatione Prælatorum, cum multis Valasc. de iusta acclamat. punc. 1. §. 9. 2. p. n. 14. & 20. & ultra quos refert, idem tradunt eleganter, & latissime Cresp. de Valdaur. obs. 6. per tot. eleganter exornat cum multis exemplis & rationibus Gonzales de leg. lib. 2. cap. 15. per tot. Sousa de Maced. in Lusitania leberat lib. 1. cap. 12. per tot. & cum multis rationibus, & ad varios casus nos diximus in commentar. ad ord. Regni Por-

tugal. tom. 1. lib. 1. tit. 1. gloss. 22. per tot. & maximè num. 6. & tom. 4. ad tit. 35. cum multis Solorzan. de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 19. num. 5. & per tot. eleganter Scan. in propugnaculo sacræ Religionis Militaris, discept. 10. cap. 6. num. 21. & seqq. ubi eleganter, & etiam an possint habere Commendas, & etiam id quando duo Regna gubernantur ab eodem Rege.

Specialesque dantur prohibiciones in singulis Regnis, ne exteris, & alienigenis Episcopatus, aut beneficia conferantur, ut de omnibus Regnis testatur Valasc. d. §. 9. num. 14. pag. 307. Gonzales d. cap. 15. num. 21. & seqq. Cresp. de Valdaur. d. observ. 6.

Et de nostro Regno Lusitano testatur Cabed. de patronat. Regiae Coronæ, cap. 29. ubi ponit literas, & provisiones regias super hoc latus: Valasc. ubi suprà, Pereyr. tom. 2. cap. 64. num. 30. Illustr. Cunha in cap. Neminem. 70. dist. num. 90. Gonzales d. cap. 15. num. 26. & 102. Scano, & Solorz. ubi suprà.

Quis autem dicatur Regni originarius, naturalis, aut exterus, dicemus in commentar. ad ord. lib. 2. tit. 55. & 56. & interim vide Phœb. 1. p. dec. 67. num. 11. & 2. p. dec. 109 num. 22. & dec. 184. num. 24. Valasc. de reformation. iustitiae. §. 8. num. 84. Pereyr. de Castr. dec. 1. num. 16. Scuf. de Maced. d. cap. 12. Valasc. de iusta acclamat. d. §. 9. num. 32. & seqq. & in perfidia lib. 2 tit. 2. art. 4. Gauzzin. in defens. reor. cap. 26. num. 9. & seqq. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 30. Cyriac. controv. 292. n. 31. & 452. num. 46. Mend. in prax. 1. p. d. cap. 2. num. 24. & 2. p. d. cap. 2. num. 140. eleganter & omnino videndus late explicans Fermofin. in cap. fin. de foro compet. quest. 6. per tot. cum alijs etiam Carieval. de judic. lib. 1. tit. 2. quest. 2. per tot. Oter. de pasc. cap. 4. Amaya in eod. tit. de incolis. cum multis Scan. d. cap. 6. eleganter exornat Gonzalez de leg. cap. 18. ubi naturales qui dicantur apud Hispanos ad obtainenda beneficia, & quo jure Regi compactat exteris privilegia naturalitatis conferre, & ibi omnia circa naturalitatem allegat: & etiam cap. 19. ubi

ganter etiam circa materiam.

C A P U T VI.

Utrum sanguine impurus, vel de-
scendens ab Hebræis, Mauris,
& neophytis possit ad Archie-
piscopatus, aut Episcopatus
dignitatem eligi; & quomodo
sanguinis puritas, vel impuri-
tas probetur.

SUMMARIUM.

- I Licet Hebræi, aut neophyti possint ad Episcopatus apicem eligi; attamen contrarium est verius: & n. 2. & 3.

4 Quæ autem dicatur puritas, vel impuritas sanguinis, & an præsumatur.

5 Quando requiritur puritas sanguinis ex statuto, præsumpta non sufficit, sed probanda est.

6 Puritas sanguinis ex communi estimatione probatur, & fama ex longæva possessione Christianæ fidei nullâ maculâ, aut labe affecta.

7 Possunt admitti Nobiles descendentes à Mauritanis, & num. 8. Et quid in descendantibus à familia Judæorum, quæ nullum morti Christi Domini assensum præstítit. & n. 10. & 11.

9 Nobilitas, & puritas probata non eliditur per contrariam memoriam, nec per initium probatum ultra centum annos.

12 Quid dicendum in descendantibus ab Indis, & num. 23.

14 Christiani novi admittuntur ad beneficia.

15 Per statuta omnium Ecclesiarum Cathedralium constitutum est, descendentes ab Hebræis esse excludendos.

16 Ista statuta cum sint exorbitantia, & pœnalia, non sunt extendenda, sed strictè interpretanda; & ut rigor excludatur sat est de sanguinis impuritate non constare.

17 Provisi in Ecclesiis ut admittantur, onere probandi non gravantur se des-

cendere ex Christianis antiquis, sed
Capitulo excipuerit, aut alteri oppo-
nenti illos descendere ex origine infe-
cta, incumbit onus probandi.

- 18 Nemo natus inter Christianos grava-
tur onere probandi, je esse natum ex
puris Christianis, quia purus præsu-
mitur.

19 In sanguine purus unusquisque præsu-
mitur, sicut qualitas naturalis orta
ex nativitate Christianorum vete-
rum, dum non probatur contrarium.
& n. 20.

21 Capitulo alicui objicienti impuritatem,
& ortum à parentibus impuris in-
cumbit onus probandi concludenter.

22 Quando agitur de excludendo aliquem
à dignitate, aut officio, est necessaria
probatio concludens, quæ minus suffi-
cit ad aliquem non admittendum.

23 Quomodo probetur per exempla puri-
tas, aut impuritas.

24 Lata sententia in favorem puritatis
eiusdem infamati, aut ad sanguinis
impuritatem prodest: & n. 25. ubi de-
ratuue.

26 Ad hoc ut ex auditu, & per famam
probetur exceptio impuritatis sanguini-
nis concludenter, requiruntur plura,
quæ referuntur.

27 Fama quando est orta ab inimicis non
probat in materia puritatis.

28 Facta probatione impuritatis ex parte
Capuuli, potest prævisus contraria
probatione probare suam impurita-
tem; & an debeant testes esse omni ex-
ceptione maiores.

29 Et data puritate probationum præva-
let semper illa, quæ fit super san-
guinis puritate, cui assistit juris præ-
sumptio.

Licet Hebrœi, aut neophyti possint i-
ad Archiepiscopatus, aut Episco-
patus apicem eligi, ex textu *in Cap. Cum
nobis, in fin. de electione*, & multos ex hoc
genere fuisse in Episcopos electos, &
nominatos tradit Aug. Barbos. *de potest.*
Episcop. tit. 2. p. 1. gloss. 17. num. 9. 10.
& 11. & latissimè est videndus *tot. 93.*
per tot. lib. 3. & n. 114.

Nihilominus contrarium regulariter est

est verius, & quare, latè exornat explicando D. Pauli authoritatem in verbis illis ibi; *non neophytum*, Barb. *d. gloss.* 17. *per totam*, ubi latè exornat: ultra quæ, & DD. quos refert, sunt videndi de hac resolutione, & materia Scobar de purit. *& nobilit. proband. p. i. quest. i. §.* 4. *& quest. 2. & quest. 3. §. 2.* Lara de Capel. *lib. 2. cap. 4.* Fragos. *de reg. Reip. p. 1. lib. 1. disp. 2. §. 8. n. 237. & seqq.* Paz de tenut. *cap. 42.* quos & alios Ego ipse refero in comment. ad ord. tom. 1. tit. 1 gloss. 6. ubi latè exornamus, & ultra quos ibi retulimus Bobadil. *in politic. lib. 1. cap. 4.* Azeved. *in l. 12. tit. 7. lib. 1. recop.* Valenz. *conf. 90. & 120.* Solorzan. *de iur. Indiar. lib. 3. cap. 19. num. 4. & per tot. & in politic. Ind. lib. 4. cap. 19.* Hieron. de la Cruz *in lib. pro defensione Stat. Hieronym. Garc. in polit. reg. tom. 1. tract. 2. difficult. 7. dub. 1. num. 8.* Moreno de Vargas *en la nobleza de España, disc. 9. num. 1.* Scan. *in propugn. relig. discept. 3. cap. 2. num. 1.* Barbos. *vot. 93. per tot. & num. 112.*

3. Neque obstant quæ in principio diximus pro opinione contraria, quia procedunt cum S. Pontificis dispensatione, cùm qua potest admitti, ut fatetur, & iupponit Barbos. *ibi, & vot. 93.* explicat.

4. Quæ autem dicatur puritas, vel impuritas sanguinis, ex Scobar & aliis diximus *d. gloss. 6.* & ultra quæ ibi diximus, advertendum est, quod puritas sanguinis, licet in omnibus presumatur, ex ratione textus *in l. cùm quidam 24. ff. de legat. 2. l. 3. Cod. de infantibus exposuit. cap. fin. de presumpt.* Et tenent DD. infrà citati, *num. 18.* & *Sylva Respons. lib. 1. respons. 12.* Carleval. *de iudic. tom. 1. tit. 2. disp. 2. num. 6.*

5. Tamen cùm in dicta auctoritate D. Pauli specialiter exposcitur puritas sanguinis, praesumpta non sufficit, sed probanda venit, ut ex multis probat Scobar de purit. *p. i. quest. 8. §. 2. ex num. 35.*

6. At probatur dicta sanguinis puritas ex communi aestimatione & fama ex longæva possessione Christianæ fidei, nulla macula aut labe affecta, & ex mediis diffusè scriptis ab Scobar *quest. 9. §.*

Pars I.

2.3.4. *& quest. 15. per tot. Rot. apud Farin. dec. 315. lib. 2. dec. crim.*

Verum licet prædicta D. Pauli auctoritas absolutè loquatur, attamen interpretationem admittere potest iuri conformem & æquitati. Nam in primis possunt admitti Nobiles descendentes à Mauritanis, qui in Regnum expugnatione fidem acceperunt, & plusquam centum annorum spatio piè & catholice vitam egerunt; quia cùm sint descendentes vel à Regibus Mauritanis, vel à generi nobili, dubium non est concurrere in eis nobilitatis qualitatem, cùm Mauri nobilitate naturali, sicut & universæ mundi nationes gaudent. Otalora *de nobilit. 2. p. cap. 7. num. 27.* Garc. *de nobilit. gloss. 7. n. 19.*

Concurrit quoque puritas sanguinis sine macula, aut labe infecta, et si prima origo fuisset ex genere Mauritano, & post temporis sæculum transactum illa origo non est attendenda, nec venit in consideratione legali, in qua usque ad proaves tantum sit extensio, ex l. Castel. 2. tit. 12. part. 2. Garc. *gloss. 12. & 18 num. 4. §. 1.*

Et nobilitas, & puritas probata non eliditur (ut volunt aliqui) per contrariam memoriam, nec per initium probatum ultra centum annos, ex traditis à Covar. *in reg. Possessor, 2. p. §. 3. num. 7.* Cravet. *de antiqu. tempor. 4. p. cap. materia sing. num. 40.* ita & eleganter Scan. *d. cap. 2. num. 10.*

Secundò idem potest dici & defendi de descendantibus à familia Iudeorum, quæ nullum morti Christi Domini affensem præstítit, sed contradixit, nec incidit in Iudaismum post legem gratiæ promulgatam: quem casum ponit Quintanadueñas *tom. 2. singular. tract. 16. singular. 10.* & ait posse admitti ad Episcopatum, ad Ordines Militares, & ad Dignitates Ecclesiasticas, quæ sanguinis puritatem exigunt; nam genus Hebraeorum ex se nobilissimum fuit, ut patet *Numerorum cap. 1.* Garc. *d. gloss. 7. num. 19.* Et nobilissimum fuisse Christum Dominum, eiusque sacratissimam Matrem, & progenitores, de fide est *ex cap. 1. Matth.* Macula autem &

nota inusta est Hebræis, eo quod Christo Domino necem intulerint, & postmodum in Iudaismo perseverarint; nulla autem nota inusta fuit his, qui nec intulerunt, nec legem judaicam deinceps professi sunt. Sed huius casus probationem moraliter impossibilem esse animadvertisit Mendo de Ordinib. Militarib. disquisit. 3. quæst. 5. num. 15.

11 Verum cum possibilitas sit res ampla, casus non est omittendus; nam similem referunt Scobar de purit. 1.p. quæst. 4. §. 2. num. 24. & Roderic. tom. 3. quæstion. regular. quæst. 11. art. 1. qui cum multis dicunt statuta puritatis non esse intelligenda de descendantibus à Iudeis, qui olim ab Apostolis conversi fuerunt, ut Iudei Hispani, maximè Carpentani, qui libentissimè prædicationem sancti Iacobi perceperunt, ut affirmat Flavius Dexter anno Christi 37. & Julianus Petrus in historia Alphonsi VI. & de iis, qui conversi fuere anno 1400. decisum refert Barcinone in Senatu Fontenel. de paet. nuptialib. claus 5. glos 1. p. 1. n. 107.

12 Tertiò idem procedit in descendantibus ab Indis; nam licet ex defectu puritatis sanguinis Indos, & Aethiopes non posse admitti ad Episcopatus, nec ad Habitum Militares, ut noviter conversos, velit Lara de anniversar. lib. 2. cap. 4. num. 140. quia ex sententia Divi Pauli 1. ad Timot. cap. 3. neophyti ad Episcopatus & similes honores facile elegi non debent.

13 Contrarium tamen probat Scobar 1. p. quæst. 3. §. 3. num. 48. de puritate & nobilitate probanda; quorum dicta cum Scano d. cap. 2. num. 18. ita accipienda sunt, ut prohibitio tantum procedat de Indis noviter conversis, qui propriè sunt neophyti; non de Indis, qui à nonaginta annis, & ultra fuerunt ad fidem conversi, quia ex eis descendentes ad Episcopatus, & ad omnes dignitates & officia admitti debent, & admittendos fore, & qui ab Imperatoribus & Regulis, & Municipiorum & Provinciarum Ducibus originem trahunt, affirmat Solorzan. de iur. Indian. tom. 2. lib. 1. cap. 27. num. 83. & 86. & in Politica Indiana lib. 2. cap. 29. pag. 242. & in hoc confue-

tudo attendenda est.

Et quamvis Christiani novi de iure communi admitterentur ad beneficia, Murga ad Constitutiones Apostolicas, constit. 6. & 2. Alexandri IV. n. 342. pag.

114.

Attamen per statuta omnium Ecclesiæ Cathedralium constitutum est descendentes ab Hebræis esse excludendos, ut tenent loquendo de observantia illorum statutorum, Ricciul. de neophyt. cap. 6. num. 7. post Scobar. & alios Aug. Barb. de Canonic. cap. 13. num. 29. & in terminis Ecclesiarum nostri Portugalliae Regni n. 48. & 49. Gonzal. de leg. lib. 1. cap. 5. num. 8. 9. & per tot. Murga 1. bisuprà, num. 343. Scano ubi suprà, num. 1. & 2. Fermosin. in cap. fin. quæst. 2. de præsumpt. Valenz. cons. 90. 91. & 92. Idem Barbos. de potest. Episcopi glos. 17. Otthobon. dec. Rot. 75. Burat. decif. 829. num. 5.

At ista statuta cum sint exorbitantia, & poenalia, non extendenda sunt, sed strictè interpretanda, ut cum multis tenet Barb. d. cap. 13. num. 30. Burat. dec. 829. n. 5. & ut rigor statutorum excludatur, sat est de sanguinis impuritate non constare. Barb. d. cap. 13. n. 31.

Et ideo provisi in huiusmodi Ecclesiis, ut admittantur, non gravantur onere probandi se descendere ex Christianis antiquis; sed Capitulo excipiente, aut alio oppONENTe illos descendere ex origine infecta incumbit onus probandi. August. Barb. d. cap. 13. num. 32. 49. & 50. & tenet Otthobon. dec. 75. n. 10. 11. & 12.

De iure enim nemo natus inter Christianos gravatur onere probandi, se esse natum ex puris Christianis, quia purus præsumitur. Barbos. d. cap. 13. num. 33. Ricciul. de neophyt. cap. 7. n. 9.

In sanguine namque purus unusquisque præsumitur, sicut qualitas naturalis orta ex nativitate Christianorum veterum. Barb. in cap. fin. de præsumpt. n. 2. & 4. Paul. Durand. dec. Rotæ 131. n. 1. & 6. & 2. p. decif. 316. num. 1. Frances de Eccles. Cathedralib. cap. 28. num. 111. Barb. d. cap. 13. num. 34. 49. & 50. Fermosin. in cap. fin. de præsumpt. quæst. 2. num.

20. num. 153. & seqq. & conf. 90. num. 85.
 dum non probatur contrarium Durand.
 dec. 131. num. 1. & dec. 316. Aug. Barb.
 d. cap. 13. num. 34. quia nemo præsumi-
 tur ortus ex infecta radice, sed ex pro-
 ba progenie. Barb. d. cap. 13. n. 31. vers.
Nemo, Fermosin. d. quæst. 2. n. 6.

21. Itaut Capitulo, aut alteri obiicienti
 impuritatem, & ortum à parentibus im-
 puris incumbat onus probandi conclu-
 denter, ut sæpius censuit Rota apud
 DD. de quibus Aug. Barb. d. cap. ultim.
de præsumpt. n. 4. Fermosin. d. quæst. 2. n.
 20. & 21. Idem Barb. *de potest. Episcopi*
I.p. tit. 2. d. glos. 17. num. 45. 46. 48. & 50.
 Burat. dec. 829. n. 5. Ricciul. *de neophyt.*
cap. 7. num. 8. & seqq.

22. Maximè quando agitur de excluden-
 do aliquem à dignitate, aut officio, quia
 tunc est necessaria probatio concludens,
 & minus sufficit ad aliquem non admis-
 tendum, ut latè probat Scobar *de purit.*
& nobilit. probanda, I.p. quæst. 8. §. 3. per
 tot. & eleganter quæst. 9. §. 4. num. 56. &
 seqq. Peyrin. pag. 153. n. 94.

23. Et quomodo probetur per exempla,
 tradunt Durand. d. dec. 131. & 316. Aug.
 Barb. d. cap. 13. num. 36. & seqq. Fermosin.
in cap. ex speciali 18. de Iudæis, tract.
2. q. 1. & num 42. ubi etiam quod puri-
 tas probatur eo ipso, quod fuit admis-
 sus ad officia, quæ non dantur nisi puris
 sanguine.

24. Maximè lata sententia in favorem
 puritatis eiusdem infamati, aut consan-
 guinei, prodest etiam inter alios. Barb.
 d. cap. 13. num. 38. & *de potest. Episcopi d.*
gloss. 17. num. 49. & 50. Gonzal. *gloss 9.*
§. 1. num. 48. Scobar *de purit.* 2 p. quæst.
 4. num. 2. & 14. *[Castil. tom. 6. contr. cap.*
123. num. 19.] Loter. *de re beneficiar. lib.*
2. quæst. 43. n. 84. & 85. Valenz. *conj. 92.*
num. 62. 66. 68. 69. & de ratione n. 112.
 & explicat eleganter *conf. 90.*

25. Quia purus semel habitus, & tan-
 quam talis admissus, non debet ut im-
 purus reiici. Burat. dec. 829. num. 9. &
 10. ubi etiam quando admissi fuere alii
 eiusdem generis.

26. Et ad hoc ut ex audiū, & per famam

probetur exceptio impuritatis sanguinis concludenter, plura essentialiter requiruntur, & præcipue quod fama sit perpetua, & illæsa apud omnes; quod appareat oriri potuisse ex aliqua probabili causa; quod testes deponant ita audivisse à maiori parte populi; & quod contrariis probationibus non debilitetur, prout in his terminis pluribus relatibus docet Barbos. *d. gloss.* 17. *num.* 48. & seqq. & melius *de Canonic.* *cap.* 13. *num.* 40. usque ad 44. Sperell. *dec.* 173. *num.* 37. & seqq. & bene ad propositum Rota *decif.* 167. *num.* 24. & *dec.* 182. *num.* 3. & 7. *p. i. recentior.* Carleval. *de iudic. p. i.* *tit.* 2. *disp.* 3. *num.* 8.

Et quando fama est orta ab inimicis, 27
non attenditur, nec probat in materia
puritatis. Scobar *de purit.* 1.p. quæst. 12.
§. 2. & 2.p. quæst. 3. num. 7. & optimè
Mantic. dec. 274. num. 9. Durand. *decis.*
131. num. 17. Barbos. *d. cap.* 13. num. 41.
& seqq. Themud. *dec.* 105. Valenz. *conf.*
92. & quare num. 117. & seqq. & optimè
num. 167. explicat Ferinosin. *tract.* 2.
crim. ad cap. 18. *de Iudeis*, quæst. 1.

Et facta probatione impunitatis ex 28
parte Capituli potest provisus contra-
ria probatione probare suā puritatē, ex
Seraph. & aliis Aug. Barb. *d.cap.13. n.45.*
& *gloss.17. n.48.* Valenz. *conf.90. num.*
51. Fermoīn. *d.quest.2. num.26.27.* &
28. Ubi etiam an debeant esse testes
omni exceptione maiores, de quo vide
Sylvam Respons. *lib.1. respons.12.* Car-
leval. *de indic part.2. tit.2. disp.3. n.6.*

Et data paritate probationum, præ-
valet semper illa, quæ sit super sanguini-
nis puritate, cui assistit iuris præsump-
tio, ut tenet Valenz. *conf. 90. num. 50.*
53. & 55. Fermosin. in dict. quest. 2. num.
29. & 30. Cevall. quest. 900. num. 84.
Barbos. *dict. c 13. num. 45. & dict. gloss.*
17. num. 48. Loter. dicit. quest. 83. num.
89. & 97. Sperell. decis. 173. num. 44.
Rota coram Mantic. *decis. 274. n. 6. &*
12. & decis. 317. num. 15. & apud Put.
decis. 2. lib. 3. & penes Ludovis. decis. 335.
n. 5. part. 2. Castill. dict. cap. 123. num. 17.
Scobar de purit. 1. part. *quest. 8. §. 2. num.*
25. & 26. Durand. decis. 131. n. 6. Burat.
decis. 829. n. 8. Ricciul. de neophyt. c. 7. n. 22.